

Por

Key los sentidos

Si el Mercader mide bien,  
si el Cortador pesa así,  
si la Frutera es Ladrona,  
si obra bien el Aguacil;  
si hay Juntas, y si hay Comercios:  
pues si de toos cuidas, dí,  
de ti quien ha de cuidar?  
Há desdichado de ti!

La Carida es la Reyna,  
y Viuda se halla en Madri,  
seguid á la Carida,  
que así sabreis escribir.

Si al proximo no mirais  
antes de la pluma asir,  
Bien sé, que en lengua de fuego  
la Pluma se ha convertir.

Hacer bien al que hizo mal,  
la Carida lo hace; y  
hablando con caridaes,  
carida havrá al decir.

Quantos, que muy mal hablaron,  
los he oido yo aplaudir!  
que el bien creo que consiste  
*en el baxar, al subir.*

Quantos: Qué quentos, ni quantos,  
si mi Ganao perdi!

Y mis Ovejas perdidas,  
á quien tengo de acudir?

Hé; vè aquí la Dotrina:  
Si yò me juera acudir  
á lo que á mi cargo tengo,  
no tuviera que gemir.

Ma-

Si á todos vendrá à juzgar,  
juzguese cada uno á si,  
y se verá estar sin juicio  
á el que con juicio le ví.

Juzgará del Rey entonces?

Ni aun del gusano mas vil:  
Juzgará de si obrò bien,  
que es lo que le ha de servir.  
Juzgará si el que gobierna  
es de este modo , ó ansi?

Qué ha de juzgar , porque el juicio  
se verá acabado allí.

Luego si el juicio me falta,  
quando á juicio tengo de ir,  
para qué quiero juzgar ,  
si nada me ha de servir.

Dios juzga á todos , y á todos  
cada uno de por si;  
y Pastor yò , no hē dàr quentas  
por quien fué Ministro allí.

Luego á cuidar mi Ganado ,  
que bien sè me ha de decir:  
Qué hiciste de los talentos ,  
que te los vengo á pedir ?

Pues arre Oveja al Rebaño ,  
y mande quien mande allí,  
que en dando entero mi Ato ,  
lo demás qué me dà á mi.

Quel Gobierno se gobierne ,  
quel Mando vaya por aí;  
quel Malo sea premiado ,  
quel Bueno se arrime allí;

Nada

Nada de esto no me toca ,  
que lo que me tañe es ir  
à matar hambrientos Lobos ,  
que el Ganao quien engullir.  
El mejor Sàbio es aquel ,  
que sabe en su estao cumplir;  
lo demás es tirar piedras ,  
y nunca al blanco han de herir.  
La Oveja que me se và  
por aquí , ó por allí ,  
con un garrote la hago  
venga adonde ha de venir;  
y asì , mi Rebaño todo ,  
à un Rita acà , passa aqui ,  
le tengo como yo quiero ,  
y và por onde eve ir.  
Que el hombre es mundo pequeño  
le oí à un Cura decir;  
y siendo pequeño , quiere  
à el Universo regir.  
Dios me manda quiera al Rey ,  
y le ame como à mí ;  
pero no manda que al Rey  
un Pastór se ponga arguir.  
Si manda : en esto iba errao ,  
que al *Buen Pastòr* se atribuir  
del Mayoràl el acierto ,  
porq es quien le ha de instruir:  
Yà me se hacia à mí mucho ,  
que al cabo , y al fin , al fin ,  
un Pastòr puede dàr reglas  
mas que un Perrazo Mastin.

Que

*fol. 5*

# OBSERVATIONES

QVAEDAM IN NONAGINTA QVIN-  
que Hymnos, qui in Breuiario Romano conti-  
nentur, eo que ordine, quo in illo digesti sunt,  
Magistri Petri Rosarij bonarum li-  
terarum in Schola Burgensi  
Professoris.



B V R G I S.

*Aud Philipum Innam. Anno M. D. LXXVIII.*  
Cum Priuilegio Regio.

Bartolomeo  
Lum  
D. Bartolomeo  
D. Bartolomeo

Já de Venor, hasta allá alm  
Con las clav. que te suen a lo deca  
Prometí le alm que se dio el mozo  
mas desgraciado, que pude haber  
l'negación, Pues, seguiréza  
En tantas solas caras de alm  
no eres corvo de alm  
ni tan poco demimadre  
Y contanto, no soy mas tan  
sino que Dios me faleza  
Bixconsalvo descubierta  
1310 1310  
1310 1310

# EL REY.

Por quanto por parte de vos el maestro Pedro de Rosales, Cathedratico en el estudio de la ciudad de Burgos, nos fué fecha relación, diciendo, que vos ansiades compuesto y hecho un libro de ciertas declaraciones y glossas sobre los Hymnos Ecclesiasticos: el qual era útil y provechoso para los estudiantes, para el ejercicio delas lètras, del qual haziades presentación, suplicando nos os mandassemos dar licencia para le poder hacer imprimir, y priuilegio por diez años, o como la nuestra merced suesse. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, por quanto en el dicho libro se hizo la diligencia q la Pragmatica por nos agora nueuamente sobre lo susodicho fecha dispone. Fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula en la dicharazon, y nos tuuimos lo por bien. Por la qual vos damos licencia y facultad para que vos, o la persona que para ello vuestro poder ouiere, y no otra persona alguna pueda hacer imprimir y vèder los dichos libros, que de suso se haze mencion en estos nuestros Reynos, por tiempo y espacio de ocho años cumplidos, primeros siguientes, q̄ue corren y se cuentan desde el dia della fecha desta nuestra cedula, sopena que el que sin tener para ello vuestro poder le imprimiere y vèdiere, o hiziere imprimir y vender, pierda toda la impression q hiziere y vendiere, con los moldes y aparejos della, y mas incurrá en pena de cincuenta mil maravedis: la mitad dela qual dicha pena sea para nuestra Camara y fisco, y la otra mitad para vos el dicho maestro Pedro de Rosales, y todas las veces que se ouiere de imprimir los dichos libtos, durante el tiempo delos dichos ocho años, se trayga al nuestro Consejo, juntamente con el original q enel fue visto, que va rubricada cada plana, y firmado al fin del de Alonso de Vallejo, nuestro escriuano de Camara, uno delos q en el nuestro Consejo residen, para q se vea si la dicha impression está conforme al original, y se os dé licencia para que lo podays vender, y se tasse el precio en q cada volumen se ha de vender, sopena de caer e incurrir en las penas, contenidas en la dicha Pragmatica y Leyes de nuestros Reynos. Y mandamos a los del nuestro Consejo, y otras qualesquier justicias destos nuestros Reynos, que guarden y cumplan y executen, y haga guardar y cumplir y executar esta nuestra cedula, y todo lo enella contenido. Fecha enel Pardo, a sete dias del mes de Nouiembre, de mil y quinientos y setenta y siete años.

YO EL REY.

Por mandado de su Magestad.  
Antonio de Erafo.

## Errata.

Prior numerus chartam, posterior versum, a. primam faciem, b., secundum indicat.

3.3. in margine. relectione. 4.1.b. deme interrogacionem. 4.18.b. de me alterñ autor. 5.. in margine. 1. ge. in his. trip. li. 1.c. 9.6. in margine. lege. 1.ad Corint. 10.6. 11. lege gēnoito. gēnoito. idest, fiat, fiat. 7.8. a. lege, septenas. 14.5. a. adde in margine Psal. 102. 14.25. a. lege concupiscentiarū. 18. 4. b. lege Psal. 118. octonario. 8.22.6. a. lege celitonantis. 22.2. b. lege collocatis esse. 24.25. b. de-  
me, que. 27.8. a. lege, aut actibus te interserit. 27. in margine. b. lege Reg. 19.17. a. lege iogacq; Dei  
filium. 31.5. a. lege, principium. 32.21. b. lege, ad magistrum. Ibidem. in margine. lege, Psal. 102. 33.6.  
b. lege qui tolere solet. 37.27. b. dilatio. 39.6. a. Satán, vel Saranas. 42.16. b. lege Christi o. 43. 22. b.  
in fermento. 49.6. a. adde in margine. Luit. 25.12.3. b. deme, &, 6.15. adde in margine. Iuc. 1. 59.  
27. a. lege, multiformil. 62.15. a. cum patre. 8. b. Zabulum. 77. 1.2. lege, hoc loco etiam margine ca-  
piuntur pro virtutibus spiritualiter. 80.16. lege Spiritu sancto.

Sunt etiam defectus aliqui, in ortographia, inter punctionibus divisiōne syllabarū, literarū, pricipiū in fine linearum, quilectorē minime remorētur.

# I E S V S.

HOs Hymnorum commentarios, quos ex prisca  
Sanctissimorum Patrum autoritate per antiqui  
totius decursum sacra rite concinit, & celebrat Ec-  
clesia, à Regio Senatu mihi commissos diligenter, &  
acuratè per legi: nihil tamen in eis inueni, quod cù  
Orthodoxa fide, & Religione nostrà pugnaret, aut  
aliqua ex parte ab ea alienum esse videretur, immo  
verò più, & sincerū animum autoris, non modo de  
Latina lingua benemeriti, sed in sacris etiā literis  
versati, sedulam quoque in enodandis difficiliori-  
bus locis diligentiam planè licebit agnoscere. Qua-  
re censeo ad multorum utilitatem in vulgus edi-  
posse. Matriti in Collegio Societatis IESV, quin-  
to Calend. Octob. anno. 1577.

 Rodericus  
Gundisaluuſ.

ILLVSTRISSIMO PRIN-  
CIPI D.D. FRANCISCO PACHECO  
de Toledo, Cardinali tituli Sanctæ Crucis in Hierusa-  
lem digniss. primo Archiepiscopo Burgensi,  
vigilantis. M. P. R. F. A. T.



V M aliquando , immo sæpe ac sepius , Reue-  
rēdissime Præsul, atq; adeò Princeps Illustriſ-  
ſime, studiosè mecum animo volutarem, quo-  
modo , quave ratione pro ſucepto mihi one-  
re in hoc Burgensi literario studio, vnde innu-  
meri, tanquam exequo Troiano , in omnibus  
facultatibus , quæ ingenuos decent homines , & adhuc fre-  
quenter prodierūt Principes, & quotidie prodeunt, aliquos  
huius Archiepiscopatus, te Præſide, felicissimi clericos com-  
modè iuuare possem: illos inquā, qui vel negligentia, vel rei  
familiaris angustia, bonis, ac politioribus literis, ingenuisq;  
disciplinis parum exculti, in pagis, ne dicam oppidis , aut  
vrbibus qualibuscunque ſacerdotiis contenti parcè, frugali-  
ter atque duriter etiam vitam potius traunt, quam degunt.  
Decreui tandem ab Hymnis, qui in precibus, quarum ſingu-  
lis quibusque diebus penſum perſoluere tenentur , initium  
occupant, hoc argumentum ordiri. Hi enim, & quod numeri  
ſunt aſtriicti , & quod hinc illinc ex ſacris literis carptim  
deſumpti, plus quam reliqua omnia, que in breuiario Roma-  
no, quod Sanctissimi Domini nostri Papæ Pij huius nomi-  
niſ Quinti iuſſu paucis ab hinc annis in lucem editum eſt,  
diſcultatis habere videntur. Omitto non pauca eſſe lo-  
ea in hoc & illo cantico , veſtemporum iniuria , veſ typog-  
raphorum negligentia, cenzoria, quidem virga notāda, aut  
vbi ratio Latinæ locutionis, aut carminis, ſed præcipue ſen-  
tentiæ efflagitat. Sunt preterea carmina aliquapreposterè ſcri-

pta, prauè interpunkta, diminuta alia. Clauduntur etiam aliquot hymni multo aliter, quam illorum autores scriptos reliquerunt: quæ omnia ita esse suis locis, suoque tempore in commentariis apertissimè ostendimus. Quare pro ingenioli mei tenuitate, parte tamen virili, quantum accurate potui, operam dedi, obnixèque contendi, rudius quidem, apertius tamen, singulorum, vbi opus erat, ordinem, sensumque historicum, qui literalis dicitur, ita Deo duce explicare: ut nihil in eis relinquatur, quod non omnes, quantum oportet, intelligant. Quæ industria, ac labor, nam meum nihil aliud est, si amplissimæ tuæ Dignationi non displicerit, alacriori fortassis animo, his alis adiutus, ad maiora aspirare, non gravabor.

*Unica non præbet generos mihi filia, nánque  
Alloquor hunc, illum, non ratione pari.  
A me debetur merito reuerentia utrisque,  
Hic mihi Macenas, Praeful & ille meus.*

PER QVAM ILL<sup>V</sup> STRI  
SACRO METROPOLITANÆ BVRGEN-  
fis Ecclesiæ Senatui, huius celeberrimæ academiæ, quæ Sar-  
mentarij nomine vbiique notissima est, Patrieno benefi-  
centissimo. M. P. R. illi præfectus, quod felix, fau-  
stumque sit, hosce labores nuncupa-  
tos iure voluit.



VM frequenter, amplissimi Patres, munifi-  
centissimiq; Mæcenates, mecum ipse cogitarem,  
qua potissimum methodo tenerâ atq; infirmâ  
puerorum ætatem, quos mihi Dominatio ve-  
stra docendos cōmisit, non solū germanę gra-  
matices rudimentis, puręq; Latinitatis præceptis instituendā  
promouēdāq; sed moribus etiā honestis & piis imbuendam,  
atq; perinde formandā curarem: compēdiaria quedā via mi-  
nimęq; meo iudicio fallax, qua vtrunq; facile præstare pos-  
sem, hoc & illud cogitanti cōmodè sese mihi obtulit: si Hy-  
mnos, scilicet, qui in Breuiario continentur, quod auspiciis  
ductūq; Sanctissimi Domini nostri Papæ Pij V. in cōmunē  
rotius Christianismi utilitatē paucos antē annos in lucē pro-  
diit, eo ordine, quo in eo digesti sunt, scholijs aliquibus exi-  
guis meis viribus explanatos, typographis iusu vestro excu-  
dendos traderē. Quorū autores, & doctissimi, & sanctissimi,  
quid aliud quam doctissimā sanctitatē, sanctissimamq; doctri-  
nā, vel lectoribus, vel auditoribus asserre possūt? Huic igitur  
hypothesi succisiuſ horis aliquantulā impendi operā. Quā  
meam paruitatem, si delicatissimæ vestræ aures non penitus  
respuerint, si felicibus ingeniis arriserit, si pietati, quę in hoc  
amplissimo Senatu maxima est, satisfecerit: maius aliquid,  
maiorisq; ponderis, atq; momenti, vestro fultus præsidio, su-  
scipere non verebor: quod & Dignationem vestrā fortassis  
non dedebeat, & me in hominum manus, atque ora venisse,  
nec pudeat vñquam, nec pigeat.

# AD LECTOREM.

Inuenies multum libro hoc syncere laboris

Autoris lector, non tamen ingenij.

Si quid habet genij, est illorum, sumpsimus unde,

Quique scatens salibus, quique nitore valent.

Elloquio primi, nulli pietate secundi,

Inter cælicolas qui modo regna tenent,

Quique illos scholiis illustrauere peritis,

Diuorum digni neclare, & Ambrosia.

Illorum esertis conneximus ecce corollam,

Tradimus utendam cuilibet arte breui.

Sparsa locis variis cumulum in congregamus unum,

Ut liber iste sit bibliotheca tibi.

Quod volui prestatre, mihi si musa negauit

Docta parum, in magnis est voluisse fatis.

Integer existens iudex, & qui que venignus

Consulat hoc animo candidiore boni.

Ex V. p. gra. f. b. seu proloq. p. 2. uero, oratio p. 2. g.  
Fol. 1.

# PROLEGOMENA IN HYMNO MACISTRI

Petri Rosarij, bonarum literarum in  
schola Burgensi pro-  
fessoris.



VONIAM de Hymnis, qui in Ecclesiastice p. 2. sum  
concinuntur, tractaturi sumus,  
opere p. 2. nos facturos existimamus,  
si nonnulla, quae ad suscep. argumen-  
tum attinere videantur, praedixerimus:  
idque quam breuisime, apertissimeq;. Quare candidum  
auditorem oratum volumus, ut nostrum hunc laborem  
boni consulat. Dabimus enim operam, ut si alcubi ex re-  
nata aliquantulum immorati fuerimus, eam morulâ vti-  
litate aliqua non pænitenda compensemus. Curabimus  
namq;, ut aliqua tradantur, quibus & rudes instituan-  
tur, & proiectiores admoneantur, & doctissimi quiq; (ab  
sit inuidia verbo) non omnino contemnant. Nam (diui-  
no aspirante numine) quo carminis genere unusquisque  
hymnus currat, sicubi claudicet, germanum, simplicemq;,  
literalem, sive historicum illius sensum, & si rudiis, aper-  
tius tamen, pro ingeniali tenuitate explicabimus. Quo præ-  
terea aliquibus in locis illius autor alluserit: unde illud, vel  
illud aut integrè, aut carptim de sumpserit. Laboriosè for-  
tasse magis, quam ingeniosè ostendemus. Hoc dixerim si qui

# PROLEGOMENA.

dem omnes ferè Hymnorū sententiae ad aliquem locum  
scripturæ alludunt, ex quo sunt desumptæ, & cui concordia  
sensus aptè respondent. *Mysticum* insuper spiritualemque  
intelle. *Etum* nonnū quam etiam perstringemus, de quo (qui  
triplex esse censentur) allegoricus, tropologicus, atque ana-  
gogicus, vir magni in re theologica nominis famigeratissi-  
mus ille Nicolaus Lyranus, cuius est illa, quæ ubique vul-  
go circunservatur Hymnorū expositio, diligenter pertracta  
uit. Multo post tempore (ni fallor) Iacobus Wainslester Sta-  
tinus in aliquorum, quos adiecit, Hymnorū explanatione,  
nō inutiliter elaborauit. Iodocus deinde Clichthoueus, Theo-  
logus satis doctus, illorum etiam numerum ex diuersis au-  
toribus collectum, & auxit, & cōmentationibus illustra-  
uit. Antonius etiam Nebrisensis aliquot carminum confu-  
sione depravatos, manifestariisque vitiis coquinatos ad  
veritatis lineam, qua solet dexteritate, reduxit. A quibus  
vtingenuit fatear, bonam eorum, quæ hic afferimus, partem  
vt cunque mutuati sumus.

Hymnus græcum est vocabulum, laudem Dei signifi-  
cans, alicuiusque metri lege compositus. Tria itaque habet,  
ut sit laus, & Dei laus, & canticū, ut ait B. Augustinus,  
cuius hec sunt verba: Si sit laus, & non sit Dei, non est Hy-  
mnus: & si sit laus, & Dei laus, & non est canticum, non  
est Hymnus. Deducitur ab hymneo, quod græce est propriè  
Deum laudare. Transfertur tamen ad hominum laudes  
& aliarum etiam rerum, ut Graci prolati autores sentiunt,  
inter quos est Thucydides, qui ait: *Hymnus Georgiam*, &

Hymnūnū timpolin, id est, laudare agriculturam, laudare ci-  
nitatem.

Qui Hymnos composuerunt, fuerunt quidem multi, ut  
in progressu videbimus. Quatuor tamen præcipue celebra-  
tur eorum autores: Beatus scilicet Ambrosius; B. Gregorius,  
duo Ecclesiæ fulgentissima lumina: Prudentius omniū Do-  
ctorum calculis ex Christianis poëtis facile primus, Sedu-  
lius presbyter venerabilis, Gelasij Pape. i. testimonio insigni  
laude dignus.

Distin. 15.  
c. sancta Ro-  
m ina Eccle-  
sa.

De Hymnis canendis, & Saluatoris, & Apostolorum  
habemus exemplum. Nam & ipse Dominus Hymnum di-  
xisse perhibetur Mattheo Euangelista testante: Et Hymno  
dicto exierunt in montem Oliueti. Et Paulus Apostolus ad  
Ephesios scribit, dicens: Sed imple amini Spiritu sancto, lo-  
quentes vobis metipsis in Psalmis, & Hymnis, & canticis  
spiritualibus. Habentur hæc verba de consecra. distinct. I. Ad Eph. 5.  
Canone, de Hymnis canendis. Quo in loco refellitur, &  
a criter confutatur eorum sententia, qui putabant Hymnos no-  
essere recipiendos, eo quod non de scripturis sanctorum Cano-  
num, vel Apostolica traditione existaret. Sunt hæc verba de  
sumpta ex Canone duodecimo Concilij Toletani, sub Hono-  
rio primo Papa.

De cons. di-  
stinct. I.

O tempora, o mores: verum nempe est, quod aiunt, ma-  
los tum dæmonas, tum homines rebus bonis semper esse con-  
trarios. Perierant ferè iam cum omnibus ingenuis, & bo-  
nis artibus Hymni etiam, & Dei laudes in Ecclesiis occiden-  
talibus, sub Alanorum, Gothorum, ac fatalē illam totius

# PROLEGOMENA.

humani generis pestem Malum etham: tempore tamen illo  
tanquam salutare sydus, orator ille Romanus diuus Ambrosius Mediolanensis Episcopus affulxit: instituitque ut de  
nuo in Ecclesiis canerentur: ut ipse in oratione contra Auxē  
tium paucis afferit, his verbis: Hymnorū quoque meorum  
carminibus deceptum populum ferunt. Sed uberioris hoc tra-  
dit B. Augustinus, sic inquiens: Cum Iustina Valentiniā  
regis pueri mater Ambrosium persequeretur hæresis suę cau-  
sa, qua ab Arianis fuerat seducta, excubabat pia plebs in Ec-  
clesia, mori parata cum Episcopo suo: tunc hymni, & Psalmi,  
ut canerentur, secundum morem Orientalium partium, ne  
populus mæroris tædio contabesceret, institutum est.

Pedum metrorumque quibus hymni sunt cōtexti, mul-  
ta variaq; sunt genera, ut sigillatim postea adnotabimus:  
de quibus eorumque obseruationibus Antonius Nebris. lib.  
5. ca. 8. diligentissimè, doctissimè, atque latissimè disseruit:  
quò breuitatis causa, cui studemus, lectorem remittendnm  
censemus, ut inde tanquā ex fonte limpidisimo & purius,  
& copiosius, quæ opus fuerint, hauriat: & ne, cum suis locis  
de illis oportunè dicendum sit, repetitio molestia, fastidio que  
eudem lectorem afficiat.

Controuersias satis resest, & dissensionis plena, eaque in-  
ter classicos Latinæ linguae autores, enunciandum ne sit, at-  
que scribendum paracletus. penultima longa per. e. an. pa-  
racletus. iota latino, eoq; breui, nam y. psilo Greco nullus est  
in hac sacra dictione locus. Quanuis veritas aliquando  
laboret à iure, nunquam tamen opprimitur: potest illa qui-  
dem

Tomo. 3.  
lib. 5.

Tom. 1. lib.  
9. confess.  
cap. 7.

## PROLEGOMENA.

3

dem vinciri, non tamen vinci. Ex profundo igitur tenebroſi illius Heracliti puto, ut per aliquot annos obscura latuit, in lucem nunc tandem prodeat, ut illa duce controuersiam lingue Latine coryphæorum placide componamus.

Cum hoc elememum ex huius dictio[n]is (paraclitos) Paracletus. veri posſit Latinè in e longum, ut in hac dictione. Iesu. & Ioannes, & in e breue, ut in crepida. electrum. petition. berillus. celtiberi. ecclesia, & in i breue, ut in. election. iordanis. firmiter afferendum est, Paracletum. & Paraclitum. hic penultima breui, illic tonga: ut elancipite sine villa reprehensionis nota dici posſe, preterquam ubi ratio carminis obſtiterit: ut in hymnis illis Ambrosianis, qui ad primam, tertiam, sextam, & nonam cantantur. Iam lucis orto sydere. Nunc sancte nobis spiritus. Rector potens verax Deus. Rerum Deustenax vigor, & in Gregoriano illo. Primo dierum omnium, cum multis aliis. Hi enim sunt iam bici dimetri, qui necessario clauduntur iambo, id est, breui & longa. Satis tamen & magis plu[m] censerem Sacrosanctam Ecclesie traditionem sartam teat amq[ue] seruandā esse, idq[ue] rationibus multis non contemnendis.

Erasmus extra omnium sui temporis ingeniorum aleam positus, qui propria alicubi vineta cædens, inq[ue] se, sum descendens ait, quod nunquam sibi imperare potuit, ut quod semel chartis illeuisset, iterū relegere: Philippi, qui primus hunc tumultum in Ecclesiam intulit, vestigii inhærens: & furti, & sacrilegijs eos condemnat, qui Paraclitum. penultima correpta sonant: furti, eo quod Deum. & in tempore

In Cicero-niano dia-  
logo.

In cap. 143.  
loan.

# PROLEGOMENA.

fraudant: sacrilegij, quia in vocabulo Spiritu sancto dicatur.

De invent. De inuent. Acutius ille quidem, quam verius. Vergilius Polydorus,

diligentissimus rerum inuentorum indagator, in horum

sententiam pedibus discedens, iudicium suum præcipitauit.

Dicitor Navarrus, in alienam messem falcem immittens,

peccato obnoxios esse afferit, qui Paraclitus pro Paracletus

proferunt. At Erasmus in Apologia ad Parisienses, quod

alias dixerat, aliquo modo mitigat: quāquam hīc etiam ge-

mīno commīsit errore, ut insipienti patebit.

In relatio ne cui titulus est profodia. Laurenius Valla Latinæ linguae assertor, ciusque proprieatis custos fidelissimus, Arius Lusitanus tum Latinus,

tum Græce peritisimus, Raphaël Regius, & alij quam

plurimi, quos breuitatis causa silentio prætereo, Philepho,

Erasmus, Polydoro, haud quam nec eruditione, nec pie-

tate inferiores, at modestia longè cautiiores, in huius dictio-

nis, Paraclitus, prolatione, & scriptione, sacrosanctam Ec-

cclie traditionem à Beato Ioanne Euangelista institutam,

pérque manus (vt aiunt) in posteros perpetuo tenore vīque

ad Philephi tempora deriuatam, constantissime securi sunt.

Quatuor illa Ecclesiæ militantis firmissima columnæ,

quatuor illa inquam splendidissima Christianismi lumina,

vigilansissimus Gregorius, dissertissimus Ambrosius, fa-

cundissimus Hieronymus, accutissimus Augustinus, Para-

clitus viuentes personabant: vt illorum monumenta, quæ

in aliquibus antiquis cœnobiorū bibliothecis non luxata at-

que corrupta adhuc extant, aperte ostendunt. Quorum do-

ctam negligentiam prudentissimus quisque emulari potius

optaret.

## PROLEGOMENA.

4

Optaret, quam istorum nouitatis amatorum nimis curiosam diligentiam, ne dicam superstitionem

Verum illud profecto est, proverbio quod dici solet: *Omnibus galoritis scriptas inesse.* Franciscus Philadelphus, vir quo cunque seculo doctus, in hac iamen materia, super quatratam, parum quidem circumspectus, *Anagyrin* mouens, hastragædias excitauit. Primus enim omnium, non quodam inuento corniculum (*ut aiunt*) oculos, veterum scilicet, Patrum præclararum, præstantem, piamque eruditioinem, ac si nihil vidissent penitus obscurare volens, configere ausus est. Ait nanque in quadam epistola, omnes codices, quibus uniuersa Ecclesia Romana mille amplius annos est usia, virtuosos esse, ubi scriptum est *Paraclitus*, accentu in tertia à fine collocato: *Cuius sanè verba, si ad Crito-* Lib. 13.  
*lai libram expendantur, se ipsum suo aperte ipse gladio iungulat.* Nam qui tam diuturnæ atque antiquæ totius Ecclesiæ à Spiritu sancto inspiratae traditioni obloquitur, atque obstrepsit non ne in cælum expuit, aduersusque stimulatum calces iactat?

Cicer. tusc.  
quest. lib 5.

Sed iam ut in portum integrana ui peruenire possimus, contractis uolis receptui canamus, si prius tamen de re cognita quā dignissima, verissimāq; atque adeò maximè hīc necessaria lectorē admonuerimus: Imprimis doctissimos illos, perindeq; consultissimos, ac diuini cultus obseruatiissimos Patres nequaquam lingue Græce, quam optimè callebant, ignorantia (*ut quidam calumniantur*) lapsos fuisse, Paraclitum proferentes, accentu, scilicet, in tertiam à fine

# PROLEGOMENA.

In apolo<sup>g.</sup> reie<sup>cō</sup>to? Deinde nullam sinistræ rei, vt ait Erasmus, significationem Paraclitum babere, nec à paraclino, hoc est inclino, deduci, significat enim consolatorem, & aduocatum, apacaleo verbo, consolor, & pro alio precor, tanquam aduocatus & patronus: nec componitur à paraclytos, cum scribatur per i iota, & non per ypsilon. Quod si in aliquibus codicibus per y. Græcum inueniatur, id factum suit vi rudes intollerent, alienigenam, aut Græcam esse dictionem: ut in eleysion, alleluya, Ysaia.

Addemus hoc in loco minuta quædam, minimè tamen rei cienda, cum ad orthographiam primam Gramatices partem attineant. Video multos codices, ex prelis quidem primi nominis, in hac parte variare: proponam rem ante oculos: unusquisque, quod magis arriserit, amplectatur. Multi sunt qui scribunt author per aspirationem, sed ex doctis plures sine illa: ut Erasmus ubique. Budanus etiam ex professo: tametsi apud Græcos scribitur authentes. Sed Theodorus Gaza verius autor (autor.) Qui fidus scribunt per iota à si do. is. sidere, quam recte ipsi viderint, nam sidere nū quam significat fixum esse, ut illi existimant, doctiores malunt per ypsilon scribi à syn. quod est simul &, (idem,) videre, deducentes: id enim sydus est, cum plures stellæ simul conspiciuntur. Alijs synodeuo, commeo, & conueni deriuat, vt sit plurim stellarum cōuetus. Cœlu, per pauci scribunt per (œ.) sextam diphongon Latinam, (a Korlu.) quod concavum significat, omnes ferent per (œ) primam, quasi cælatum. i. syderibus signatum: quam orthographiam usus in obtinuit.

In comm.  
ling. Græc  
fol. 1007.  
De mensi-  
bus.

## PROLEGOMENA.

5

obtinuit. Non desunt qui *felix* deriuant a *sænore*, alijs simpliciter *scribunt felix*: utrumque suos habet assertores.

Feria, cuius in hoc libello frequens est mentio, solēnis est dies, cessationēque ab opere significat. Hinc est quod B. Sylvester, huius nūminis inter summos Pontifices primus, Sabati & Dominici diei nomine retēto, reliquos hebdomadis dies feriarum nomine distinctos appellari voluit: quo significaretur, Clericos cotidie, abiecta ceterarum rerum cura, tñi Deo prorsus vacare debere. Idem etiam, vel Constantinus princeps, (ut in illius Græca laudatione meminit Nicēphorus) & Hebræorum & Gentilium nomina, in ea, quæ nunc à Christianis usurpantur, mutauit, Sabbati nomine ad figuram immutato permanent: nam Sabbatum requies int̄retatur: ad quam requiem & beatitudinem, & nos per totum vitæ nostræ spatium, quæ septem diebus currit, totis viribus, ut perueniamus, laborare debemus. Noluit siquidem ille nec Hebræorum, nec Gentilium mores imitari, quamquam viri que aliqua ratione sultis suis nominibus vtebantur, quia Hebræi prima Sabbati, & secunda Sabbati dicebāt, & sic deinceps: nam apud illos totum illud tempus septem dierum, Sabbatum appellabatur, & singuli Sabbata. Dicā clarius: Sabbatum tria significat, capitū propriè pro illo se- ptimo die septimæ quando Deus requieuit ab omni opere, quod patrauerat: & pro integra hebdomada, et pro singulis hebdomadis diebus: sicque prima Sabbati, dies Dñica est intellegida: quia omnis hebdomada in Sabbatū, & in primū, secundā, tertiā, quartā, quintā, & sextam Sabbati diui-

Nicephorus.

Genes. 2.

# PROLEGOMENA.

Tom. 3.  
quest. 4.

Angel. Po.  
milt. c. 8.

In hist. tri-  
pli. t. c. 9.

Tome 4 in  
Psal. 1.17.

Tertu. in  
apol. c. 16.

debatur, ut ait B. Hieronymus. At Eithnici ab Aegyptiis astrologiae peritissimis acceperum, ut nomina ista dierum stellarum vocabulis appellarent, scilicet Solis, Lunae, Martis, Mercurij, Iouis, Veneris, et Saturni. Sed quoniam vulgo nunc Sabbatum, diesque dominicus vetus amiserere nomen, cum certetiam nunc retineant: scire studiosos conuenit, et hunc Solis, et illum Saturni appellatum. De die Solis locupletissimus testis est Sozomenus Graecus historicus, sic dicens: Dies vero qui dominicus vocatur, quem Hebrei primum vocant, Graeci autem Soli ascribunt. Dominus etiam Hieronymus sic ait: Dies dominica, dies resurrectionis, dies Christianorum, dies meminit, et Iulius Frontinus stratagmatum. li. 2. de Augusto Vespasiano, qui sic ait: D. Augustus Vespasianus ludos Saturni die, quo eis nefas est, quicquam seriere rei agere, adortus superauit. Tertullianus etiam in apologetico hoc ait: Secundo loco ab eis sumus, qui diem Saturni otio, et quieti decernunt. Sed de hac re videndus Dion Cassius Nicetus lib. 37. hist. Romanae, cumus haec sunt verba Latinitate donata: Huius quidem rei (loquitur de dierum ordine) duplex est ratio, nec ea difficultis, si quis animaduertat diligentius, nam si quis eam harmoniam que (diatessaron) appellata est, qua totius mundi fundamentum contineri veteres tradiderunt, ad eas stellas retulerit, quibus uniuersi caeli ornatius,

## PROLEGOMENA.

6

natus, variatus, & diuisus est, & adeū ordinem, quo singu-  
 le earū mouentur: deinde sumpto principio ab extremo orbe  
 Saturni, proximis duobus relictis, quarti orbis principē nu-  
 merauerit, post duobus alijs prætermisis ad septimū perue-  
 nerit, eodemq; modo easdē stellas, earūm q; principes Deos  
 percurrendo, ad dies applicauerit, eos omnes inueniet, musi-  
 caratione cum cæli ornatu, quodammodo cōuenire: atq; hęc  
 quidem ratio sic se haberet. Altera ratio est huiusmodi. Horas  
 diei, noctisque omnes recense, ita tamen ut Saturnus primū  
 locum teneat, alterum Iupiter, Mars tertium, Sol quartū,  
 Venus quintum, Mercurius sextum, Luna septimum (nam  
 hunc esse ordinē Aegyptij arbitratur) si id facies, quatuor  
 & viginti horis commumeratis, reperies primam horam dies  
 sequentis Soli tribui: rursus si in eisdē viginti quatuor horis  
 ratione supra dicta perges, Luna primā horam diei tertij as-  
 signabis: postremo si reliquos persequere, unusquisque dies  
 sibi proprios Deos habebit, et accommodatos. Hęc in hūc modū  
 tractata sunt à Dionē festinè quidē & argutē. Hęc ducē ratio-  
 nes cū diuersae inter se sint, pericūdatamē contemplatione in  
 idem recidere videntur, quod ingratiam imperitorum adie-  
 cit a figura intelligi per facile potest. Doctos, ne id agrēse-  
 rant, oratos volo.

Saturnus.    Iupiter.    Mars.    Sol.    Venus.

Mercurius.    Luna.

# PROLEGOMENA.

*Vt in fine cuiuslibet Psalmi laudatur Trinitas: ita in fine cuiuslibet Hymni. Quoniam, quicquid agimus, loquimur, exercemus, & cogitamus, ad laudem, & gloriam Sanctissimae Trinitatis referre debemus: uti Apostolus ad Corinthios dicit his verbis: Siue manducatis, siue bibitis, siue quid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite.*

Ad Corint.  
10.

Deut. 27.

*Quoniam in fine Hymnorū, ut orationū, solet subiungi hæc dictio. Amen. quid significet aperiendum est. In orationis calice apposita optantis est: ut in Deuteronomij 27. sepius hoc verbum repetitur: Et respondebit omnis populus, & dicet Amen. Septuaginta interpretes vertunt in (genito) id est. fiat. Et ita in fine librorum quinque in quos Psalterium dividitur, translulerunt Amen. fiat. fiat. Aquila vertit (peplomēnōs) i.e. fideliter. Primus liber Psalterij est à Psalmo primo ad. 40. usque. Secundus à quadragesimo primo, usque ad. 71. Tertius à septuagesimo secundo, usque ad octogesimum octauum. Quartus ab. 89. usque ad centesimum quintum. Quintus à cētesimo sexto, usque ad finē. Hieronymus in commentariis. 40. Psalmi. In Euangeliis affirmatis est, hoc est vere. Vbi aduentendū est in tribus primis Euangeliis, in singulis sententiis, quibus inseritur, semel esse posita: apud Beatum autem Ioannem in eadem sententia geminatur: Amen, amē dico vobis: quam diuationem Hebreos noluerunt interpretes in aliam linguam transferre, propter diuinę veritatis assertionis reuerentiam, & venerationem.*

Hierony-  
mus in con-  
Psal. 40.

*Hymnorū, qui in hoc cōmentario, (quo ordine in breuiario auspiciis ductuque Pij. v. & Gregorij. viij. Pont. Maxi. recens*

# PROLEGOMENA.

7

recens edito digesti sunt) continentur. Plures B. Ambrosio tribuuntur, de multis nemo controvexit, quin illius sint: de ceteris in quibus harmonica ratio carminis iubici minus legitime contineri perspicitur, iudicium suspendendum est: quanquam fieri potuit, ut maiores nostri, temporis progressu parum ad hanc rem attenti, multa fuerint in deterius prolabi, Gothorum praecepit tempestate & Vandalorum.

Ecclesiastica constitutio sanctum est, ut per omnes septenas horas, quae singulis diebus in Ecclesia celebrantur, hymni decantentur, secundum illud propheticum: Septies in die laudem dixi tibi, super iudicia iustitiae tuae. Unde non erit ab re, lectorem admonere, quod illæ septem horæ officij ecclesiastici, appellatur horæ canonice, hoc est regulares: nam canō Græcè, Latine regulā significat: illæ autem regulari sanctione à Sacris Patribus institutæ sunt, & obseruatæ.

Psalm. 118.  
Oct. 21.

Illæ præterea horæ canonice tantum appellantur, in quibus aliquid mysterium, aut veteris, aut nouæ legis peractum legitur: non aliæ, ut secunda, quarta, & quinta: nullum enim præcipuum, aut insigne Sacramentum nostræ redemptoris memoratur in illis fluuisse completum.

Addendum etiam videtur, quod una hora ecclesiastica officij canonici, trium horarum horologij nostri interualla complectitur: ut hora prima continet sextam, septimam, et octauam temporis matutini: hora Tertia comprehendit Nonam, decimam, & undecimam horas ante meridianas: Sexta vero complectitur similiter duodecimam, primam, et secundam pomeridianam.

# PROLEGOMENA.

Ceterum in mystarū gratiam, quibus hæc cuditur, eō  
qui non habent ad manū fortassis codices, vnde nos desu-  
mimus, quo ad eius breuiter facere poterimus, hoc insuper, à  
proposito non alienum, adiungendum existimamus. Septem  
horarum canonicarum, de quibus supra mētionem fecimus,  
primum locum Matutinū officium sibi vendicare, iuxta  
illud Regij Prophetæ oraculum: Media nocte surgebam ad  
confitendum tibi. Unde certus Psalmorum numerus cum  
lectiōnibus & responsoriis nocturnorum nomine nuncupa-  
tur: ut primum, secundum, tertium nocturnū, à nocte, sci-  
licet, hoc est nocturno tempore, in quo decantari solebant: quan-  
quā in plerisq; iam lacis, tepecente pietate, officiū Matuti-  
nū primo mane celebratur sub aurorā, quæ matuta dicitur.

Prīmæ hore officium circa solis ortū ex institutione Eccle-  
siastica celebrari est solitum, eo quod ea hora Christus à Iu-  
deis Pilato fuit traditus, Matthæo perhibent: Mane autem  
facto concilium inierunt omnes principes Sacerdotum, & se-  
niores populi aduersus Iesum, ut eū morti inaderent, & vim  
clam adduxerunt eum, et tradiderunt Pontio Pilato.

Matth. 27. Hora verò tertia laus Deo exhibetur, qua Christus cru-  
ifixus est Iudeorum linguis clamantium ad Pilatū: Crucifi-  
xistum, ut ait Marcus: erat enim hora Tertia, & crucifi-  
ixerunt eum. Alij Euangelistæ dicunt, quod crucifixus fuit affi-  
xus hora Sexta, loquentes de ipso crucifixionis altu: de quo  
videndus B. Augustinus de cons. Euangelistarum tomo. 9.  
tractatu. 117.

Hora Sexta persoluuntur quotidianæ laudes, in memo-  
riam

# PROLEGOMENA.

8

riam illius eximiae charitatis, qua pro nostra redēptione crux est affixus sua sponte: Erat autem parascene paschæ hora quasi sexta.

Hora autem Nona cotidianis Laudibus Ecclesia sancta Deum concelebrat, eo q[uod] illa hora pro nobis per pessus est mōtem: aiunt namq[ue] Euangelistæ: Circa horam Nonam clamans voce magna expirauit. vbi supra.

Vesperas pleriq[ue] existimant dictas esse à Vespere stellæ, quæ in crepusculo apparere solet, & diei extremitatem nunciare, quæ hora officium vespertinum celebrari est solitum, & institutum in memoriam depositionis Domini de cruce. ait enim Mattheus: Cum autem Vespera facta esset, venit homo diues ab Arimathea nomine Ioseph, &c. Et illa etiā hora Sacramentum Eucharistie institutum est. Matth. 26.

Completorum dictum videtur, quod in eo officium quotidiane laudis Deo ab Ecclesia perso[n]a d[e]c[e]ploretur, quæ doquidem absoluto Copletorio, nullum aliud superest illius diei per agendum orationis sacrificium. Celebratur vero id supremo loco, in memoriam sepulture Domini, quæ illi circa diei terminum sicut exhibita, sacro approbante Euangeliō: Cum autem Vespera facta esset, venit homo diues ab Arimathea nomine Ioseph, qui et hic discipulus erat Iesu, hic accessit ad Pilatum, & postulauit corpus Iesu, &c. Matth. 27.

De harum horarum mysteriis Ioannes Cassianus li. 3. de institutis monachorum, & Rupertus Abbas, tomo. I. & Iodocus Clichoueus Neoportuensis de horis ecclesiasticis. vbi copiosius, & cultius inuenies studiose lector.

Matth. 27.

Luc. 23.

Ioan. 19.

Matth. 27.

Matth. 27.

O Saluatoris hostia fol 134

Resu corona Virgini fol 74  
alle marii stellae fol 73 ~  
et ceteri himni ad Regem  
alii Regi 32 et 39

Vexilla

Regi 39

650

Premissorum centro ne  
49 2249 eius in his  
est Herine Recitatione

Himni ad Regis angelos ad Michaelem fol 22 163

Himni ad omnes ordines sanctarum fol 64

in die Incarnationis sancti Michaelis fol 62

Christi in Hanc regnum regna Cambrum fol 62

Hec himni sancti 20 annis fol 55. 56. et 57

Janus Lingua fol 51

= in die Pentecostes hynni fol 47

in Passione Domini fol 40. et 1 et 39

Hymni ad Teum regnum ecclie romane fol 23

ad spiritus sancti fol 10 pag. 2

oratio mane ut iurgi fol 15

ut te confessor fol 72

Sanctorum mentis fol 69

Trinitatis et Regis 22 fol 67

in nativitate Domini fol 32 et 32

Compositus. Hic illaque habet ut sit laus et der laus ab omnibus  
nigra sit laus et non apparet hymnus, nisi sit laus et de laus  
et non est canendum non ergo hymnus, qui deducitur ab Hymno. 2. Laudo  
**HIC** Hymnus canitur ad noctur-  
num Matutinum quibusdam  
diebus Dominicis.

+ I

1 Primo dierum omnium,  
Quo mundus extat conditus;  
Vel quo resurgens conditor,  
Nos morte victa liberat.

Pro libera-  
bil.

2 Pulsis procul torporibus,  
Surgamus omnes ocyus:  
Et nocte quæramus pium, <sup>Venit</sup>  
Sicut prophetam nouimus.

Sicut David nouimus quae  
sive Deum: In anno quarto  
per noctem Jacob

3 Nostras preces ut audiat,  
Suamque dextram porrigate  
Et expiatos fardibus,  
Reddat polorum sedibus.

Pro quicun-  
que.

4 Ut quique sacratissimo  
Huius diei tempore,  
Horis quietis spallimus:  
Donis beatis muneret.

5 Iam nunc paterna claritas,  
Te postulamus affatim,  
Absit libido sordidans,  
Omnisque actus noxius.

6 Ne foeda sit, vellubrica,  
Compago nostri corporis:

B

Pcr

*qui que sacerdos regit eum dum vita manebat  
Locus sine aliis, quare animo*

Per quam Auerni ignibus  
Ipsi crememur acrius.

7 Ob hoc redemptor quæsumus,  
Ut probra nostra diluas:  
Vita perennis commoda  
Nobis benignè conferas.

8 Quo carnis actu exules,  
Effecti ipsi cælibes.  
Ut præstolamur cernui,  
Melos canamus gloriae.  
Præsta Pater piissime,  
Patrique compar vnice,  
Cum Spiritu paraclito  
Regnans per omne seculum. Amen.

**D**Imetro Iambico archilochio orthometro contextus est.  
Autor est S. Gregorius: in quo nos exhortatur, ut in sacro  
die Dominico ad canendas Deo laudes surgamus: ut nos mundatos  
ab inquinamento carnis, & spiritus, ad regna cælestia perducatur, ubi  
perpetuum eius nomen laudemus. S C H O L I A . In primo  
versu dies Dominicus dupli nomine commendatur: & quod om-  
nium dierum fuit primus, ut patet Genesios. i. & quod eo die Chri-  
stus resurrexit a mortuis, deuictaque morte ab eius nos liberauit  
imperio: ut perspicuum est ex Marci. cap. 16. Ait enim: Et summo  
diluculo diei primi Sabbatorum veniunt ad monumentum exorto  
iam sole. Secundi versus sensus est: Sicut nouimus prophetam Da-  
mid quæsuisse Deum, queramus & nos. Ait enim Psal. 118. octona-  
rio. 8. Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Et Psal. 6. La-  
uabo per singulas noctes stratum meum. In eodem. 2. vers. ocyus.

*aduerbiu[m]*

aduerbiū est comparatiū, propositiū, quo Latini carent, nisi  
velis ab ocyis Greco positiuo formare, nam ocyis velox, & citus sig-  
nificat, ocyus igitur velociter, & cito hoc in loco pium. idest Deū,  
qui clemens est, & benignus. In versu. 6. Auernus. in unitatis  
numero mas. ge. in plurali, Auerna.orum.neu. gen. lacus est Cam-  
paniae, Plutoni dicatus, hinc ad inferos introitus patere dicebatur:  
appellatur autem Auernus quasi aornos, hoc est sine aribus; quod  
inde exhalans per angustias aquæ sulphureæ odor grauiſimus super  
volantes aues necaret.

Inversu. 8. Cælibes. dictos existimat Festus, quod digna cælo  
vitam agant: nam sunt qui à carnalibus se abstinent voluptatibus,  
& castam degunt vitam sine yllo carnali cōsortio. Eodem. v. cer-  
nuus. inclinatus est, quasi terram cernens, autore Nonio. Cum nos  
igitur in terram prosternimur ante Deum, & humilitatem animi,  
corporis habitu demonstramus, rectè cernui esse dicimur. Eodem. v.  
melos. nomen est. Græcum invariabile gene. neutr. interpretatur  
cantus, suavitatis, dulcis modulatio: inde melodia, ut aliqui volunt, vel  
potius, a melodeo, dulcè cano, dulcis cantus, & melodes qui dulcia  
carmina cantat. Melici poetæ dicti sunt lyrici. De paraclito, &  
Amen. in prolegomenis diximus.

Dreyer. Sie hat nun meine Zeitung gekauft.  
Sie hat mir noch eine andere Zeitung gekauft und gesagt:  
„Sie haben ja keine Zeitung mehr.“ Ich habe gesagt:  
„Ich habe keine Zeitung mehr.“ Sie hat gesagt:  
„Sie haben ja keine Zeitung mehr.“ Ich habe gesagt:  
„Ich habe keine Zeitung mehr.“

Carmen est saphicum cum adonico:  
canitur certis quibusdam die-  
bus Dominicis ad No-  
turnum Matu-  
tinum.

1 Nocte surgentes vigilemus omnes,  
Semper in psalmis meditemur, atque  
Viribus totis Domino canamus  
Dulciter Hymnos.

2 Ut pio regi pariter canentes  
Cum suis sanctis, mereamur aulam  
Ingridali, simul & beatam  
Ducere vitam.

3 Præfet hoc nobis deitas beata  
Patri, ac Nati, pariterque Sancti  
Spiritus, cuius reboat in omni  
Gloria mundo.

**H**IVIS cantici autor est B. Gregorius, in quo nos ad sa-  
eras vigilias nocturnas adhortatur, decantandasque Le-  
laudes: ut tandem regni cœlestis consortium assequamur, & felici-  
cem vitam perpetuo vivamus. In. 3. carmine. 3. Vers. pyrrichius est  
pro trocheo scriptorum fortassis virtio potius quam autoris. At ea-  
dem sententia seruata carmini: que lege ita poterat exprimi.  
Spiritus, cuius reboat per omnem  
Gloria mundum.

**H I C** Hymnus canitur ad Laudes  
quibusdam diebus Do-  
minicis.

Noctem diemque qui regis:  
Et temporum das tempora,  
Ut alleues fastidium.

**2** Præco diei iam sonat,  
Noctis profundæ per uigil,  
Nocturna lux viantibus,  
A nocte noctem se gregans.

**3** Hoc excitatus lucifer  
Soluit polum caligine:  
Hoc omnis errorum chorus  
Viam nocendi deserit.

**4** Hoc nauta vires colligit,  
Pontique mitescunt fretæ:  
Hoc ipsa Petra Ecclesiæ,  
Canente, culpam diluit.

**5** Surgamus ergo strenue,  
Gallus iacentes excitat,  
Et somnolentos increpat,  
Gallus negantes arguit.

**6** Gallo canente spes redit,  
Ægris salus refunditur:  
Mucro latronis conditur,  
Lapsis fides reuertitur.

**7** Iesu labentes respice,  
Et nos videndo corrige.  
Si respicis, lapsi stabunt,  
Flectuque culpa soluitur.

Hoc omnis  
errorum co-  
hors.

Iabantes.

Lapsi ca-  
dunt.

Tu lux resulge sensibus,  
 Mentiisque somnum discute,  
 Te nostra vox primum sonet,  
 Et ora soluam us tibi.  
 Deo Patri sit gloria,  
 Eiusque soli Filio,  
 Cum Spiritu parachito:  
 Et nunc, & in perpetuum. Amen.

Et ore psal-  
 lamus tibi.  
 Et vota sol-  
 uamus tibi.

Nunc, & per  
 omne secul-  
 lum.

**C**ARMEN est dimetrum, iambicum, à B. Ambrosio compositum, ut verisimile est: nam in capite. 24. libri eius hexameron eadem fere sunt verba soluta oratione. Idem argumentum pulchre tractat Aurelius Prudentius in cathemerinon, eo Hymno, qui incipit: Ales drei nuntius, cuius titulus est, ad galli cantum: ubi ipsum galli cantum ad spiritualem traduxit sensum, quod & hic fieri potest quam aptissime. **S.C.H.O.L.I.A.** In primo versu. Et temporum das tempora. Cum diei succedit nox, & dies nocti, sustollitur nobis huiusmodi vici situidine, & alternatione omnis fastidi⁹ occasio, quod nobis offerretur, si unius dumtaxat sortis & conditionis ingiter haberemus tempus. In. 2. v. A nocte noctem segregans. Quoniam prioris noctis partem à posteriore suo cantu gallinitio dirimit prece iste, per inditam illi a diuina prouidentia notam quandam, & signaculum discretionis, ac intelligentie, qua constantissimo ordine illis noctis temporibus in cantum erumpit: unde Iob. 38. Quis dedit gallo intelligentiam? In. 3. v. Hoc omnis errorum chorus. Hanc locum typographorum negligētia depravatum, ut multi existimant, Antonius Nebrisensis de bonis literis quam optimè meritus, qua solet dexteritate, correxit, in hunc modum: Hoc omnis errorum cohors, id est, omnis malefactorum caterua nocendi finem facit: qui enim male facit, odit lucem: nec venit ad lucem, ne arguantar opera ipsius. Iohannis. 3. Idem Nebris.

briss. citat Vlpianum dicentem: erronem esse, qui frequenter, & fine causa vagatur: cuiusmodi sunt hoc loco errores, qui nocte vagantes per vias publicas gravantur: sed luce aduentante insidias deserunt: qui sensus pulchre cum superiori & inferiori orationis contextu conuenit. Præterea chorus. ut ipse ait, multitudo est saltantium, aut canentium: at cohors, de hominibus armatis rectius dicitur. v. 4. per Petram Ecclesię. Sanctus Petrus intelligitur, ab soliditate fidei, & Christi confessionem. Matth. 26. Præterea is canente gallo, culpam trinę negationis fletu diluit. Matth. 24. Ante quam gallus cantet, temere negabis: & egressus foras fleuit amare. Hoc & Prudentius loco citato. In. 5. v. Surgamus ergo strenue. Hoc Paulus nos admonet. Rom. 3. Hora iam est nos de somno surgere. Et rursus Eph. 5. Surge qui dormis, & illuminabit te Christus. In. 6. v. Lapsi fides reuertitur. ut B. Petro, qui ante negando prolapsus, per galli cantum ad fidem reuocatus est. V. 7. legendum est labantes, non labentes, ut carminis stet ratio. Secundos enim locus in hoc carminis genere non recipit spondeum, at laber. eris. primam habet longam: sed labo. as. priorem breuem. In 7. v. Si respicis, lapsi stabunt. Haec litera aptam continet sententiam, sed viciat carmen, quia spondeus quarto loco non potest esse. Alij legunt, lapsi cadunt, repugnante sententia: nam si respicit nos Christus, lapsi non cadunt, sed benigno illius intuitu lapsi eriguntur. Legendum itaque videtur. Si respicis lapsus cadunt, id est peccata, & culpa, quibus prolapsi sumus.

Hoc modo, & sententia, & carmen constabit. Pro. soluitur. Antonius legendum censet. vertitur, id est commutatur in versionem.

# H I C Hymnus canitur ad Laudes diebus Dominicis.

4

- 1 Ecce iam noctis tenuatur umbra.  
Lucis aurora rutilans coruscat:  
Nisibus totis rogitemus omnes  
Cunctipotentem.
- 2 Ut Deus noster miseratus, omnem  
Pellat languorem, tribuat salutem.  
Donet & nobis pietate Patris  
Regna polorum.
- 3 Præstet hoc nobis deitas beata  
Patris, ac Nati, pariterque Sancti  
Spiritus: cuius reboat in omni  
Gloria mundo.

Lucis exor-  
tus ru. cor.  
Viribus.

Angorem.

Vide. 2.  
Hymnum.  
Nocte sur-  
gentes.

**C**ARMEN est sapphicum cum adonio, ab aliquibus ascribitur B. Gregorio, & non sine causa propter continuatam illius secundi Hymni & materia, & idem genus carminis. Hortatur nos, orare Deum ut noxia omnia à nobis auferat, & salutaria tribuat: denique, ut cælestè regnum conferat. SCHOLIA. In. 1. v. secundo carmine tertio loco, tribrachus est pro dactylo. Si autem legeris. Lucis exortus rutilans coruscat. eadem seruatur sententia & carminis lex. In secundo. v. Pellat languorem. nullomodo hoc genus carminis potest prima sede admittere spondeam, pro, trocheo: ex quo apparet deberi scribi, anguorem, eadem sententia seruata & carminis integritate. De. nisibus. In. 3. metro.

1. Versus

1. Versus viderint alijs, nam omnes codices, quos viderim, habent vi-  
ribus, præter Clichtoueianum. De. 3. v. vide supra. Nocte surgen-  
tes. qui est secundus Hymnus.

## Ad primam.

5

- 1 Iam lucis orto sydere,  
Deum precemur supplices:  
Vt in diurnis actibus  
Nos seruet à nocentibus.
- 2 Lingua m refrenans temperet,  
Nelitis horror insonet:  
Visum fouendo contegat,  
Ne vanitates hauriat.
- 3 Sint pura cordis intima,  
Absistat & vecordia,  
Carnis terat superbiam  
Potus, cibi que parcitas.
- 4 Vt cum dies abscesserit,  
Noctemque fors reduxerit,  
Mundi per abstinentiam  
Ipsi canamus gloriam.
- 5 Deo Patri sit gloria. vt supra in. 3. Hymno.

**C**armen est dimetrum iambicum archilochium, cuius auctor  
est B. Ambrosius. Adhortatur nos, ut exorto iā die rogemus  
Deum, ut per totū diei currículū à vitiiis nos custodiat, largiaturq;  
ipsum diem in suam laudem perficere. In. 2. v. alludit ad Psal. 140.  
Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantie labiis  
meis. Et ad illum. 118. octonario. 5. Averte oculos meos ne videant  
vanitatem.

Vanitatem. In. 3. v. V. ecordia. capitur pro stultitia, & Stoliditate:  
nam vero est quasi sine corde, & ve. particula negativa. Versu. 4.  
Sors. pro vicissitudine, & successione temporis accipitur. Aliqui  
codices habent. sol. nescio tamen unde huc irrepserit, cum nihil mi-  
nus huic loco videatur quadrare.

### Ad Tertiam.

6

1 Nunc sancte nobis Spiritus.

Vnum Patricum Filio:  
dignare promptus ingeri,  
Nostro refusus peccatori.

2 Os, lingua, mens, sensus, vigor  
Confessionem personent:  
Flammescat igne charitas,  
Accendat ardor proximos.

3 Præsta Pater piissime,  
Patrique compar vnice  
Cum Spiritu paraclito  
Regnans per omne seculum, Amen.

Et nunc, &  
in perpet-  
tuu.

**C**ARMEN est quale illud. Iam lucis orto sydere. Au-  
tor B. Ambrosius. in quo sanctum inuocat Spiritum, ut di-  
gnetur nobis illabi: ac deinde hortatur, ut & corpore, & animo di-  
uinæ personæmus laudes: ac seruentem charitatis affectum in pro-  
ximos habeamus. In primo versu ordo est: O sancte Spiritus, qui  
es vnum in substantia ipsi Patri cum Filio, dignare proptus, ac fa-  
cilius ingeri, illabique nobis refusus, atq; in fusus nostro peccatori, sine  
anima nostre. Vnum Patri cum Filio. non unus, nam genus neu-  
trum substantiam dicit. Ego & Pater vnum sumus. Ioan. 10. ma-  
sculinū autē genus persona notat. Sed Spiritus santi persona nō est  
eadē cū Patris, et Filij persona: cū inter ipsas diuinæ personas studi-  
scretio personalis, alia est. n. persona Patris, alia Filij, alia Spiritus,  
sancti

*Sancti; ut ex symbolo Athanasij patet. In. 2. v.* Os lingua, mens  
fensus, vigor, quinque haec ponuntur, ad indicanda omnia, quae ipsius  
sunt hominis, sive in corpore, sive in animo: nam os, lingua, & sen-  
sus ad corpus attinent: mens, & vigor, sive virtus animi ad spiritum.  
*At utroque nos debemus laudes concinere, ut cum Propheta dica-  
mus: Benedic anima mea Domino, & omnia que intra me sunt, no-  
mini sancto eius. Confessio: hic non capitur pro confessione peccatorum,  
sed pro laudis confessione. In. 3. v. est aduertendum in Am-  
broiano codice hunc Hymnum, cum huicmodi aliquot aliis, putat  
tertio. Aeterne rerum conditor, & quinto. Iam lucis orto sydere  
claudi. Et nunc, & in perpetuum.*

### Ad Sextam.

7

**1 Rector potens verax Deus,**

Qui temperas rerum yices,

Splendore mane instruis,

Et ignibus meridiem:

**2 Extingue flamas litium,**

Aufer calorem noxium,

Confer salutem corporum:

Veramque pacem cordium.

**3 Praesta. ut supra.**

**H**ymnus est qualis superior, autor Ambrosius. In eo laudatur  
potentia a prouida temporum ordinatione: fitque ad Deum ora-  
tio, ut ardores concupiscentiarum a nobis tollat, & salutaria ta cor-  
pori, quam anima tribuat: corpori quidem, sanitatem, anima vero tra-  
quitatem. mane. nomine est. In. 2. v. Veraque pacem. pax quam mun-  
dus hic dat, non est vera pax, sed simulata. Non. n. est pax impius Esa.  
57. quam autem Deus largitur, vera est. & sincera. Pax multa di-  
ligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Psal. 118. oct. 21.

# Ad Nonam.

8

- 1 Rerum, Deus, tenax vigor,  
Immotus in te permanens,  
Lucis diurnæ tempora  
Successibus determinans.
- 2 Largire clarum vespere,  
Quo vita nusquam decidat:  
Sed præmium mortis sacræ  
Perennis instet gloria.
- 3 Præsta. *ut supra.*

**C**ARMEN est, quale superius. Autor B. Ambrosius.  
Diuinam laudat prouidentiam, sua virtute omnia conser-  
uantem: & diei partes suis vicibus distinguentem. Orat in super-  
vt felicem vitæ exitum Deus nobis largiatur: & post mortem vitam  
eternam. Deus. dicitur. tenax rerum vigor. Nam omni-  
potentia sua. immotus permanens. dat cuncta moueri.  
*In. 2. v. sensus est, gloria perennis. expositio-*  
*ne præmium mortis sacre, intet,*  
*id est, sequen-*  
*tur.*

Feria.

Feria. 2. ad Nocturnum Matutinum.

Dimetrum iambicum  
orthometron.

9

1 Somno refectis artibus,

Spreto cubili surgimus:

Nobis pater canentibus,

Adeſſe te deponſimus.

2 Te lingua primum concinat.

Te mentis ardor ambiat:

Vt actuum ſequentium

Tu sancte ſis exordium.

3 Cedant tenebrae lumini,

Et nox diurno syderi:

Vt culpa, quam nox intulit,

Lucis albescat munere.

4 Precamur iidem supplices:

Noxas ut omnes amputes.

Et ore te canentium

Lauderis in perpetuum.

5 Præsta Pater. *vñ ſupra.*

Labascas

**A**mbroſianus eſt Hymnus: in quo ſit ad Deum deprecario. ut  
ſurgentibus ad diuinias laudes ad. ſte velit; & ſuum lumen  
infundere, quo uitiorum tenebrae depellantur. In. 2. v. admone-  
mur, ut cum primum a lecto fu. g. mas. Deo laudes perſoluamus,  
fundat.

fundamusque preces, antequam quicquam operis aggrediamur. Ut omnia, quæ deinde facturi sumus, à Deo dirigantur in bonum finem, felicemque exitum. Quod & regius Propheta petebat Psalm.

89. Sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opera manuum tuarum dirige super nos. ambiat. id est desideret, & cupiat vehementer: nam petit, ut nostræ mentis feruidus ardor ardentí Deum affectu prosequatur: Quemadmodum: ceruus desiderat ad fontes aquarum. Psal. 41. In. 3. Ver. lumen & tenebras non solum corporaliter accipimus pro luce diei, & noctis tenebris, sed spiritualiter etiam. lumen pro folgere diuinæ gratiæ, opereque virtutum, & tenebras pro nocte peccatorum, & mentis cœcitate, quomodo Apostolus accepit ad Eph. 5. dicens: Fuisis aliquando tenebrae, nūc lux in Domino. In eodem verstu albescat pro labescat, mendum videtur typographorum, labescat non est latinum. In. 4. v. iidem Nominatiuus est numeri pluratiui unius syllabe, ut stet carmen, non Accusatiuus numeri singularis: ut Lyranus existimauit, si versus est codex.

## Feria. 2. ad Laudes.

IO

I Splendor paternæ gloriæ  
De luce lucem proferens,  
Lux lucis, & fons luminis.  
Dies diem illuminans.

2 Verusque sol illabere,  
Micans nitore perpeti,  
Iubarque Sancti Spiritus,  
Infunde nostris sensibus.

Votis

3 Votis vocemus te patrem,  
 Patrem perennis gloriæ:  
 Pater potentis gratiæ  
 Culpam relèget lubricam.

Patrem.

4 Informet actus strenuos,  
 Dentes retundat inuidi:  
 Casus secundet asperos,  
 Donet gerendi gratiam.

Confirmer.

5 Mentem gubernet, & regat,  
 Casto, fideli corpore,  
 Fides calore ferueat,  
 Fraudis venena nesciat.

6 Christusque nobis sit cibus,  
 Potusque noster sit fides,  
 Læti bibamus sobriam  
 Ebrietatem spiritus.

7 Lætus dies hîc transeat,  
 Pudor sit ut diluculum,  
 Fides velut meridies,  
 Crepusculum mens nesciat.

8 Aurora cursus prouehat..  
 Aurora totus prodeat,  
 In Patre totus Filius,  
 Et totus in Verbo Pater.

9 Deo Patri sit.g. vt supra.

Dimetrum.

**D**imetrum est iambicum bene commensuratum. Autor est Ambrosius. Fit ad Dei filium oratio: Ut suo lumine nos illuminet, & illustret, peccata repellat, virtutes nobis adaugeat. In 1. versu. Splendor paternæ gloriæ. Omnes que hic ponuntur sunt Filij Dei denominationes, qui est splendor gloriæ Patris, ut ait Apostolus Heb. 1. De luce est lucem proficiens, quoniam de se ipso Spiritum sanctum producit. Est lux leonis, filius de patre, & fons luminis, illuminat enim hominem venientem in hunc mundum Ioan. 1. Ide est, Dies diem illuminans, illuminat namque mentes humanas & angelicas diei nomine significatas. In 3. v. relegat a relege at quo a est in exilium muttere, expellere, & rei gere, in quo penultima est producta. In eodem versu aliqui legunt. Patrem potentis gloriæ. Verba tertia & personæ que sequitur, ad iubar Sancti Spiritus referuntur. In 4. v. non nulli legunt confirmet, non informet, nec conformet, quoniam neutrum horum verborum sententia & conuenienter adaptatur, ut illi aiunt. In quinto. v. Fides cal. fer. nam fides sine charitate informis est. & sine operibus mortua. Iacobi. 2. In 6. v. Iobi iam ebrietatem. Cat. 5. Comedite amici, & bibite, & inebriamini integra, scilicet charitate me amplie extendo. In versu. 7. diei nomine tota vita praesens accipitur recte. Ut diluculum alludit ad auroræ colorem purpureum, qui pudorem, & pudicitiam significat, cuius custos est rubor: unde Erubuit, salua res est. Commicus. Fides sit velut meridies, id est ferueat amore Spiritus sancti, sicut meridies feruerit. non ens crepusculum nesciat, id est peccatum, quia crepusculum est lucis finis, & diei, & noctis principium. De. v. 8. Vide Ioan. c. 14. Quia Pater, Filius, & Spiritus sanctus unus est Deus.

Terentius  
in Adelph.  
4. 3. 9.

### Feria. 3. ad Noct. Matut.

II

Consors paterni luminis.  
Lux ipse lucis, & dies.

Nocte

Noctem canendo rumpimus,

Atsiste postulantibus.

2 Aufer tenebras mentium,

Fuga catervas dæmonum,

Expelle somnolentiam:

Ne pigrantes obruat.

3 Sic Christe nobis omnibus

Indulgeas credentibus:

Vt proficit exorantibus,

Quod præcinentes psallimus,

4 Præita Pat. ut supra.

**C**Armen est quale superius. Autor Ambrosius, ut superioris.  
 Fit in eo invocatio ad filium Dei, ut a nobis expellat cæcitatem  
 mentis, & bene agendi pigritiam. In i. v. Confors pat. Iun. Quoniam Filius Pari est consubstantialis, & equalis. & eiusdem naturæ,  
 & Filius est Lux lucis, quia lux est de luce, & Deus de Deo: est  
 enim Deus Pater lux, & Filius etiam lux, non tamen alia lux Pa-  
 ter, alia Filius, sed eadem omnino: nam hic lux natura dicit. In. 2.  
 v. per somniolentiam intellige etiam spiritualem, id est peccatum.  
 In. 3. v. indulgere capitur pro peccatorum dare veniam, & hoc in  
 Iusu ecclesiastico tantum.

## Ad Laudes Matutinas feria. 3.

12

i Ales diei nuncius

Lucem propinquam præcinit:

Nos excitor mentium,

C

Iam

Iam Christus ad vitam vocat.

2 Auferte, clamat, lectulos

A Egros, sopore desides,

Casteq; recte, ac \* sobriè

Vigilate: iam sum proximus.

sobrij.

3 Iesum ciamus vocibus

Flentes, precantes \* sobriè:

Intenta supplicatio

Dormire cor mundum vetat.

sobrij.

diisice.

4 Tu somnum Christe \* discute,

Tu rumpe noctis vincula,

Tu solue peccatum vetus,

Nouum quelumen ingere.

5 Deo Patri. vt supra.

Luc. 12.

Matth. 25.

1. Pet. 5.

Rom 3.

Eph. 5.

C Armen est dimetrum iambicum, quod locis imparibus recipit anapæstolum eleganter, ut hic in 2.v. carmine. 4. Autor est Prudentius in libro, qui inscribitur eathemerinon, id est diurnarum rerum opus. In eo Christi misericordia imploratur, premisso galli gallinacei exemplo: nam ut hic diei nuncius vocat nos suo catu ad diem venietem: ita & Christus per sacras scripturas ad virtutis opera vocat: Vigilate ergo, quia qua hora non putatis filius hominis veniet: Vigilate, quia nescitis diem, neque horam: Sobry estote & Vigilate: Hora iam est nos de somno surgere: Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Ciamus. id est vocemus, a cio. is. In 3.v. sobrij. pro sobriè. In 4.diisice. pro discute, in codice Prudentiano. Peccatum vetus, quo sumus inueterati, non quis peccati.

Feria

# Feria. 4. ad Noctur. Matutinum.

13.

- 1 Rerum creator optime,  
Rectorque noster aspice,  
Nos a quiete noxia  
Mersos sopore libera.
- 2 Te sancte Christe poscimus,  
Ignosce tu criminibus:  
Ad confitendum surgimus,  
Morasque noctis rumpimus.
- 3 Mentes manusque tollimus:  
Propheta sicut noctibus  
Nobis gerendum præcipit,  
Paulusque gestis censuit.
- 4 Vides malum, quod gesimus,  
Occulta nostra pandimus,  
Preces gementes fundimus:  
Dimitte quod peccauimus,
- 5 Praesta Pater. *vt supra.*

**C**armen est dimet.iambi.monocolon,orthometron,acatale-  
Etictum,Ambrosianum.Fit ad Deum deprecatio, ut sicut a  
somno corporis excitamur tempore nocturno ad Deum laudan-  
dum:sic eius gratia expurgiscamur a somno peccati, & bonis ope-  
ribus inuigilemus.*In.2.7.*morasque noctis rumpimus.quando  
non quantum nox durat;somno indulgemus, sed ante finem eius  
strato surgimus:nam moras rumpere properare significat.*Versu.3.*  
Veteres codices prophetam habet,prophetā sicut nouimus,

Octona  
rio.8.

Acto.18.  
& Act.20.

quam recte viderint alij. precipit, hoc regius Prophetā mentes &  
manus noctū ad Deū tollere debere, cum ait Psal. 133. In noctibus  
extollite manus vestras in sanctā, & benedicite Dominū. Et ite-  
rum Psal. 118. Medi nocte surgebam ad confitendum tibi super iu-  
dicia iustificationis tuae. Apostolus id verbo docuit, cum ait Roma-  
norum. 13. Hora iam est nos de somno surgere: opere etiam: cū no-  
cte operabatur, ut viectum sibi compararet. Versu. 4. occulta no-  
stra pandimus. quādo sacerdoti peccata detegimus, humiliter nos:  
accusantes.

## Feria. 4. ad Laudes.

14

- 1 Nox, & tenebræ, & nubila,  
Confusa mundi, & turbida,  
(Lūx intrat, albescit polus,  
Christus venit) discedite.
- 2 Caligo terræ scinditur  
Percussa solis spicula:  
Rebūisque iam color reddit  
Vultu nitentis syderis.
- 3 Te Christe solum nouimus:  
Temente pura, & simplici,  
Flendo & canendo quæsumus,  
Intende nostris sensibus.
- 4 Sunt multa fūcis illita,  
Quæ luce purgentur tua:  
Tu lux eoi syderis,  
Vultu sereno illumina.
- 5 Deo Patri. ut supra.

+  
di Vina grīa

Luci malibana  
f. g. a. tri:

**D**imetrum est iambicum, carptim, paucisque mutatis ex Prudentio decerptum. Describiuntur solis exortus, et temporis parti propinquus, qua in fine officij Matutini hic Hymnus canitur: qui de tenebris, & luce literaliter intelligi debet, deinde spiritualiter. Sunt enim tenebræ spirituales peccata, lux diuina gratia, polus, anima nostra, Sol Christus. In r. v. vocatiui illi iugendi sunt verbo discedite, reliqua per paræthes in dicta sunt. Illa vero nomina confusa, & turbida, substantiue vel debet, vel possunt accipi. In 4. v. fucus est vnguentum, aut pigmentum, quo mulieres tinguntur, & colorantur, ut vitia corporis emendent, unde fucus pro fraude, & in sidiis capitur. unde suum facere & sine fuco prouerbio dicitur. At qui honores, opes, voluptates huius mundi, boni quidem speciem praferunt, & tamen vera bona non sunt: sed boni imagine incautos fallunt, eoi syderis lucis matutine, scilicet Patris.

## Feria. 5. ad Matutinum noct.

15.

- 1 Nox atra rerum contegit  
Terræ colores omnium:  
Nos confitentes poscimus  
Te iuste iudex cordium,  
2 Ut auferas piacula peccata flagia ha criminis
- Sordesque mentis abluas:  
Donecque Christe gratiam,  
Ut arceantur crimina.  
3 Mens ecce torpet impia,  
Quam culpa mordet noxia:  
Obscura gestit tollere,

C 3

Et

Et te redemptor quærere.

4 Repelle tu caliginem

Intrinsicus quam maxime:

Vt in beato gaudeat

Se collocari lumine.

5 Præsta Pater. ut supra.

**H**ic hymnus carminis iambici legem seruat. Ambrosianus censetur: qualitatem, & conditionem nocturni temporis, quo cantatur, describit, aptè eam transferens ad mentis nostræ habitū. Deum precatur, ut expulsis tenebris, nos illuminet. In. 1. v. noctis est proprium colores abdere. Et rebus nox abstulit atra colores. Vergi. Aenei. 1. Per illam noctem, apta metaphora possunt intelligi peccata, mentem nostram obducentia suis tenebris: Nescierunt (ait Propheta Psal. 81.) nec intellexerunt, in tenebris ambulant. Et qui ambulat in tenebris nescit quò ducat. Ioan. 12. calores hic non habent locum, ut quidam codices habent, repugnante sententia. In. 2. piacula, peccata, crimina, flagitia: Nunquam tantum nefas, & eam grande piaculum est in Israël. Iudi. 20. de uxore leuita. Distulit in seram commissi piacula mortem. Virg. in. 6.

Noscuntur etenim bolegibus

Feria. 5. ad Laudes.

6. Epiphany

Sedulius

Doueles Guitellis

1 Lux ecce surgit ante a:

Pallens \* fatiscat cæcitas,

Quæ nos finet in præcepsum diu-

Errore traxit deuio.

**2** Hæc lux serenum conferat,  
Puroisque nos præstet sibi:  
Nihil loquamur subdolum,  
Voluamus obscurum nihil.

**3** Sic tota decurrat dies,  
Nec lingua mendax, nec manus,  
Oculi \* nec peccent lubrici,  
Nec noxa corpus inquiet.

**4** Speculator astat desuper,  
Qui nos diebus omnibus,  
Actusque nostros prospicit,  
Aluce prima in vesperum.

**5** Deo Patri. pt supra.

De re cor.  
Acte carmine.  
sic legitius  
la codice  
Prudentia.

**H**ic hymnus legibus dimetri iambici coercetur. In. 3. v. tertio carmine sede prima, & in. 4. v. primo, loco etia primo anapestus ponitur pro spondeo, quod in huius generis carmine frequenter solet & suenire satis recte & eleganter. Describitur in eo aurora exortus, mysticè autem applicatur ad aduentum gratie in annas nostras post peccatorum tenebras. In. 1. v. in codice Prudentia non, unde hic hymnus sumptus est, non est fatigat. id est hiscat, apriatur, fatigetur, & deficiat, ut fere omnes codices habent, sed facessat, hoc est abeat, discodat. In. 3. v. nomine totius diei, tota nostra præsens vita designatur: sic Dominus in Evangelio. Ioan. 9. Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est, veniet nox, quando nemo potest operari. noxa culpæ denotat, vius ob noxam, & furias Iacis Oilei. Verg. i. Aen. cid. In. 4. v. per primâ lucē intelligit autor diei exortū, per vesperū extremitatem: omnia enim opera nostra, & diurna & nocturna prospicit Deo omnibus dieb⁹ vita nra.

Per lucem igitur primam recte intelliges initium nostræ vite: per  
vesperum, finem: Dominus custodiat introitum tuū, & exitum tuū.  
Psal. 120. Et à custodia matutina usque ad nocte speret Israël in De-  
mino. Psal. 129. Vide Prudentium in hymno, Nox & tenebrae.

## Feria. 6. ad noctur. Matu.

L7.

- 1 Tu Trinitatis vñitas,  
Orbem potenter qui regis,  
Attendelaudum cantica,  
Quæ excubantes psallimus.
- 2 Nam lectulo consurgimus  
Noctis quieto tempore:  
Ut flagitemus vulnerum  
A te medelam omnium.
- 3 Quò, fraude quicquid dæmonum  
In noctibus deliquimus,  
Abstergat illud cælitus  
Tuæ potestas gloriæ.
- 4 Nec corpus adsit sordidum:  
Nec torpor instet cordium,  
Nec criminis contagio  
Tepescat ardor spiritus.
- 5 Ob hoc redemptor quæsumus:  
Reple tuo nos lumine,  
Per quod dierum circulis  
Nullis ruamus actibus.

H

Hoc

**H**O Canticum dimetri iambici legibus legitime currit. Tribuitur B. Ambrosio. In uocatio fit in eo ad Deū, ut nos dimisso lecto, eius laudibus intentos audiat, & exaudiat, & quicquid labis nocte contractum est, abluat clemens, præbeatque antidotum, quo premuniamur ab instictibus peccatis. In. i. v. Tu Trinitatis unitas. Quia Deus est unitinus, ut neque unitas naturæ Trinitati personarum obstat, nec Trinitas personarum unitati essentiae. In eodem versu, qui refertur ad significationem, scilicet, Deum: nam unitas Trinitatis, unus est verus Deus. Si est quæ, ut in aliquibus codicibus refertur ad unitas. In. 5. v. totum nostræ vita tempus significatur.

### Feria. 6. ad Laudes.

18.

1 AEterna cœli gloria,  
Beata spes mortalium,  
Celsi tonantis vnice,  
Castæque proles virginis.

2 Da dexteram surgentibus:  
Exurgat & mens sobria,  
Flagransque in laudem Dei,  
Grates rependat debitam.

Flagrans &

3 Ortus refulget lucifer,  
Sparsamque lucem nunciat:  
Cadit caligo noctium,  
Lux sancta nos illuminet.

4 Manensque nostris sensibus  
Noctem repellat seculi,  
Omniisque fine diei.

C 5

Pur-

Purgata seruet pectora.

5 Quæsita iam primū fides

Radicet altis sensibus:

Fœcunda spes congaudeat,

Qua maior extat charitas.

6 Deo Patri. ut supra.

Carmen est quale superius: tribuitur B. Ambrosio. Petitur il  
lustremur diuinā luce, quō permaneamus in fide, spe, & chā-  
ritate. In. 1. v. quatuor filio Dei, ad quem sermo dirigitur, per ordinā-  
nem attribuuntur. Quod ciuium cœlestium sit gloria perpetua, atque  
indeficiens. Quod hominum hic viuentium sit spes unica, & in quo  
solum sit sperandum: Quod Dei Patris sit unigenitus. Deniq; quod  
sacrosancte Virginis Maria sit filius. In. 2. v. aliqui legunt, in lau-  
de Dei, sed non adeò recte, nam collocant trochaicum pro spondeo  
tertio, loco contra carminis legem. Poterat legi flagrās & in lau-  
dem Dei. ut carmen suis numeris constaret. In. 3. v. rectius legitur  
ortus quam natus, ut habent aliqui codices. In. 3. carmine huius  
versus est spondeus pro iambō secunda sede. In quarti. v. tertio car-  
mene, loco tertio pyrrhichius collocatur pro spondeo vel iambō. In  
5. v. numerus, & ordo trium præcipuarum virtutum, fidei, spei, &  
charitatis insinuat, ubi tertio loco charitas ponitur duabus reli-  
quis maior, earumque complementum, atque perfectio. ut B. Pa-  
l. Cor. 13. E. autem manent fides, spes, & chari-  
tas, tria hec, maior autem horæ charitas, pro maxima nam Latinis  
aliquando comparatiūm surpant pro superlativo, ad Græcorum  
exemplum: ut apud Catullum in idyllo nuptiali, Hespere, qui cœlo  
lucis incūdior ignis. Et Quintus Curtius libro. 9. Duo maiora omniū  
nauigia, dixit. Et Græci nonnunquam comparatiūs superlativo-  
rum vice abutuntur. Hic est aduentūdant, quod quanvis in trâns-  
tione communi sit horum in Pauli epistola, in hoc hymno carmine  
4. 5. v. debet esse. qua. & non quid. Cum non sit quō referatur.

# Sabbato ad horas nocturnas.

I. 9.

Summæ Deus clementiæ,

Mundique factor machinæ,

Vnus potentialiter,

Trinusque personaliter.

Nostros piis cum canticis

Hetus benignè suscipe,

Quò corde puro sordibus,

Te perfruamur largius.

Lumbos iecurque morbidum

A dure igne congruo:

Accincti ut sint perpetim,

Luxu remoto pessimo.

Vt\* quique horas noctium

Nunc concinendo rumpimus,

Donis beatæ patriæ

Ditemur omnes affatim,

Præsta Pater. ut supra.

Pro quicquid  
que.

**D**Imetrum est iambicum orthometrum: quamquam aliquot locis non sit vocalium collisio. Ascribitur Ambrosio. Continet invocationem ad Deum, ut castitatem nobis & corporis & mentis largiatur, quod tandem bonis aeternis perfruamur. In 1. v. potentialiter. id est substantialiter: nam quibus in aeternis virtus & potentia, illorum eadem est etiam substantia. In 3. v. Accincti ut sine perpetim. In lumbis dicuntur esse voluptatum carnalium sedes: Sunt lumbi vestri precincti. Luca. 12. unde B. Gregorius ait in Homilia. 23. in Euang. Lumbos accingimus cum carnis luxuriam per continentiam.

tinentiam coarctamus. Iecur, etiam sedes est libidinis, idque  
ita esse y volūt, qui animi partes sua quasque in sede collocatas esse  
dicūt: hinc Horatius Ode prima libri. 4. ait. Si torrere iecur queris.  
Et Philosophorum deus, vt aiūt, Plato cupiditatem in hepate locat:  
Et Horatius preterea epist. ii. lib. 1. ad Lolium & alibi: quanquam  
Ode. 13. lib. 1. in iecore locat iram: sed poētae sunt liberosores. In. 4. v.  
quiique, pro quicunque, vt sit sensus: Quicunque tempora noctis  
abrumptimus, ante illius finem excusso sopore, vt tibi Domine lau-  
des dicamus, eternæ gloria maneribus abunde locupletemur.

## Sabbato ad Laudes.

20.

1 Aurora iam spargit polum,

Terræ dies illabitur:

Lucis resultat spiculum,

Discedit omne lubricum.

2 Phantasma noctis decidat,

Mentis reatus subruat,

Quicquid tenebris horridum

Nox attulit culpæ, cadat.

3 Et mane illud vltimum,

Quod præstolamur cernui,

In lucem nobis effluat,

Dum hoc canore concrepat.

4 Deo Patri, vt supra.

L Egibus dimetri, iambici currit, alicubi tamen offendens, vt est  
videre. Dicitur esse Ambrasij. Cotinet exortus dici descriptio-  
nem: petitque, vt depulsa nocte peccati, diuina nos lux illuminet.

In. 3. v. Et mane illud ultimum. hoc est dies iudicij in consummatio  
ne seculi: quare illud mane non habebit vesperam. Apocal. 21. In eodem  
versu. Dum hoc canore concrepat. magis germana lectio haec  
videtur, quam que habet haec, ut hoc, referatur ad mane, hoc sen-  
su: Mane illud ultimum, quod cum humiliate expectamus cedat no-  
bis in eternae lucis participatione, dum hoc mane, quo hic vivimus,  
divinae laudis modulatione personat.

**Carmen est quale illud. Primo dierū.  
canitur hora Vespertina die-  
bus Dominicis.**

21

- 1 Lucis creator optime,  
Lucem dierum proferens,  
Primordiis lucis nouæ,  
Mundi parans originem.
- 2 Qui mane iunctum vesperi  
Diem vocari præcipis,  
Tetrum chaos illabitur,  
Audi preces cum fletibus.
- 3 Nemens grauata criminis,  
Vitæ sit exul munere:  
Dum nil perenne cogitat,  
Seseque culpis alligat.
- 4 Cælorum pulset intimum,  
Vitale tollat præmium;  
Vitemus omne noxium,

Purgemus omne pessimum.

3. Præsta Pater. ut supra.

C Armen est dimetrum iambicum: habet tamen in quarti versus, primo carmine, sede secunda sponcum, pro iambo. Autor est B. Gregorius. Petit gratiam, qua præmuniamur a peccatis, & optemus aeterna. Describitur hic opus primi diei inter sex illos, quibus mundus sensibilis creatus est: In illo quippe primo die, dixit Deus: fiat lux, & facta est lux: & diuisit lucem a tenebris: vocauitque lucem diem, & tenebras noctem, & factum est vespere & mane dies unus, id est, primus. Per lucis igitur nouæ primordia Deus mundi paravit originem: ab ipsa enim luce inchoauit opus sex dierum. Genes. 1. In. 2. v. vesperi. hoc nomen variatur vesper. is. vespervus. i. vespere. &c. Dicitur etiam vesperum, sed intelligitur tempus: significat extremam diei partem apud autores. In. 4. v. pulset. hoc est, penetrat. tollat. id est accipiat, referatur ad mens. omne pessimum. Laurentius dixisset. pessimum quidq; non tamen omnia restringenda sunt ad regulas Donati: ut ait B. Gregorius ad Leadrum Episcopum. & B. Augustinus ad Alexandrinum Episcopum: habetur dis. 38. can. Indignum.

## Feria. 2. ad horas Vespertinas.

22.

Immense cæli conditor,

Qui, mixta ne confunderent,

Aqua fluenta diuidens,

Cælum dedisti limitem,

Firmans locum cælestibus,

Simulque terræ ciuulis:

Missa.  
vt in anti-  
quis mar-  
moribus.

Vt

Vt vnda flāmmas temperet,

Terræ solum ne dissipent.

3 Infunde nunc piissime

Donum perennis gratiæ:

Fraudis nouæ ne\* casibus

Nos error atterat vetus.

alias casibus.

4 Lucem fides inueniat,

Sic luminis iubar ferat,

Vt vanæ cuncta terreat:

Hanc falsa nulla comprimant.

**S**uperior Hymnus constat dimetro iambico orthometro, cuius  
auctor B. Ambros. sensetur. Alludit ad illud Genesios. 1. Fecit  
Deus firmamentum, diuisuque aquas, quæ erant sub firmamento, ab  
his, quæ erant super firmamentum, quod factum fuit die secunda.  
Laudatur Dei omnipotentia ab huic diei opere: petitque auctor, ut  
celesti lumine illustremur. In 2. carmine. 1. versus aliqui codices ha-  
bent confunderent, aliqui confunderet. Ut illud referatur ad  
fluenta, hoc ad aquam. In eodem verso mixta, quicquid inter cor-  
pora non est cælum, aut elementum, mixta sunt. In 2d. carmine. 4.  
variat lectio, nam aliqui claudunt metrum verbo singulari. dissi-  
pet, ad nominatum vnda referentes, alijs verbo plurali, iungentes  
nominatio flammæ. sed posterior sensus magis hoc loco quadrare  
videtur, hoc ordine & intelligētia, ut vnda, id est, aqua, quæ sub fir-  
mamento est, temperet flamas astrorum, ne illæ terram dissipet,  
& comburant. In 3v. petitur diuinæ gratiæ munus, ne scilicet an-  
tiqvis error præteriorum malorum nos opprimat per nouas demo-  
nis fraudes. In 4. v. ait, Haec fides luce diuinâ resulgens, cuncta va-  
na, & supersticiose explodat, hanc fidem nulla falsa dogmata, aut  
hereticorum figmenta opprimant.

Feria. 3. ad horas Vespertinas.

23

- 1 Telluris ingens conditor,  
Mundi solum qui eruens,  
Pulsis aquæ molestis,  
Terram dedisti immobilem.
- 2 Ut germen aptum proferens,  
Fuluis decorat floribus,  
Fœcunda fructu ficeret,  
Pastumque gratum redderet.
- 3 Mentis perusta vulnera  
Munda virore gratia:  
Ut facta fletu dilitat,  
Motusque prauos atterat.
- 4 Iussisque tuis obtemperet,  
Nullis malis approximet:  
Bonis impleri gaudeat,  
Et mortis actum nesciat.
- 5 Præsta Pater. ut supra.

**C**armen ut superius orthometrum. Autor B. Ambrosius.   
Quia virtus laudatur in eo ab opere tertij diei creationis rerum  
qua petit ut infusione sua gratia corda nostra mundet a peccatis.  
In. v. eruens idest extrahens: erat enim terra obruta, & aquis  
submersa, quibus in unum locum congregatis, apparuit arida, id est  
terra germinavitque herbam virantem, & lignum pomiferum, hoc  
est, arborem fructiferam. Nonnulli hoc loco legunt exuens, pro  
eruens, parum refert, nam idem est. In eodem versu terra dicitur

immo-

immobilis. quoniam in centro mundi suis ponderibus librata est,  
propriaque gravitate pressa, perpetuo quiescens, atque suo loco fi-  
xata, unde regius Propheta ait: Firmavit orbem terrae, qui non com-  
mouebitur. Psal. 95. Et iterum apertius: Qui firmavit terram super  
aqua, Psal. 135. Et alio loco: Qui fundasti terram super stabilitatem  
suam, & non inclinabitur in seculum seculi. Psal. 103. in. 2. v. siste  
ret, id est, staret: sensus est, ut ipsa terra multiplicetur & vario fructu  
fœcunda, & ferax congruum terrestribus animantibus vietum sub-  
ministraret. In. 3. v. multi codices habent vigoris gratia. tamē quā  
vis carmen, & sensus constet, nō adeò aptè alluditur ad opus tertij  
diei per met. aphoram, quæ ibi intenditur: nam virorū gratiae ad her-  
bam virantem tertio die productam eleganter accommodatur, &  
responderet: & ad mentem vitiorum & in perustam, quæ tali virore  
vegetetur, vernet, & reuiniscat: est enim virorū ipsa viriditas herba-  
rum, foliorum, aliarumque rerum.

## Feria. 4. ad horas Vespertinas.

### 24.

1 Cæli Deus sanctissime,

Qui lucidum centrum poli

Candore pingis igneo,

Augens decoro lumine.

2 Quarto die qui flammeam

Solis rotam constituens,

Lunæ ministras ordinem,

Vagosque cursus syderum.

3 Ut noctibus, vellumini

Diremptionis terminum:

Primordiis & mensium

Signum dares notissimum.

4 Illumina cor hominum,

Absterge sordes mentium,

Resolute culpæ vinculum,

Euerte moles criminum.

5 Præsta Pater. *vt supra.*

Genes. i.

**H**ic hymnus metri iambici leges seruat, nisi quod, in secundi  
versus carmine. 2. tertio loco trochæum habet pro spondeo,  
aut iambo. Laudatur in eo Dei prouidentia, & virtus ab opere dies  
quarti, in quo sol & luna creata sunt: Fecitque Deus luminaria ma-  
gna: luminare maius, ut præcesset dici, & luminare minus, ut præ-  
cesset nocti: & diuiderent lucem ac tenebras. Hic. centrum. no. ca-  
pitur pro puncto in medio cœli, à quo omnes linea ductæ ad circu-  
ferentiam sunt æquales, sed pro quarti cœli spacio & orbe: nec po-  
lus. accipitur pro cœli cardine, ut Astronomi, & Philosophi, sed pro  
ipso cœlo per figuram synecdochén. In. 2. v. aliqui legunt Lunæ mi-  
nistras ordini, vagos recursus syderum. atq. Lunæ mihi-  
stræs ordinem, vagosq; cursus syderum. In. 3. v. legendum  
est diremptionis à verbo dirimo, separo, atque diuido. Luna crea-  
ta est, ut præberet fine sue metam distinctionis noctis & diei, quia  
nocte luna lucet, non die. Producta est etiam, ut daret signū initii  
mensium: nam in unius cuiusque mensis lunaris exordio luna reno-  
uatur, lumenque suum redintegrat. Hinc apud Græcos exordium  
mensis appellatur neomenia, id est, noua luna, siue nouilunium: Buc-  
cinate in neomenia, id est, ipsis calendis. Psal. 80.

Feria

# Feria. 5. ad horas Vespertinas.

25.

- 1 Magnæ Deus potentiaæ,  
Qui ex aquis ortum genus  
Partim remittis gurgiti,  
Partim leuas in aëra.
- 2 Demersa lymphis imprimens,  
Subiecta cælis \* irrigans  
Vt stirpe vna prodita  
Diuersa rapiant loca.
- 3 Largire cunctis seruulis,  
Quos mundat vnda sanguinis,  
Nescire lapsus criminum,  
Nec ferre mortis tedium.
- 4 Vt culpa nullum deprimat,  
Nullum leuet iactantia,  
Elisa mens ne concidat,  
Elate mens ne corruat.
- 5 Præsta Parter. ut supra.

**C**armen est dimetrum iambicum legitimè mensuratum, reliqua collisione vocalium, qui poetis aliquando permittitur, nisi quod in. 4. carmine. 2. versus est pyrrichius in. 2. loco pro iambo. Laudat diuinam Dei omnipotentiam ab opere diei quinti, petitque ne deprimamur aduersis, nec extollamur prosperis, sumpta metaphora à piscibus aqua obrutis, & aubus in aerem subiectis. In. 1. v. describitur opus diei quinti, in quo produxit Deus aquatilia, & volatilia, pisces, inquam, & aves, ut habetur Genes. 1. Dixit etiam

*Psalm. 3.  
Luc. 8.  
  
Ioan. 19.  
2.Ioan. 5.  
  
Hebræ. 9.*

**Deus: Producant aquæ & réptile animæ viuentis, & volatile super terram.** In. 2. v. imprimens, id est submergens: est enim imprimere, premendo intus mittere. Eodem. v. cœlorum nomine aër intelligitur, in quo aues versantur: Volucres cœli, & pisces maris. Et volucres cœli comedenter illud, in Euangelio. In eodem. v. irrigans, alijs codices habent, irrogans, id est imponens. Horatius. t. Sermo. Satyra. 4. Ad sit regula peccatis, quæ pœnas irroget aquas. Ibidem. vt stirpe vna prodita diu rap. loc. nā ex aqua producta vtraque aquatilia & volatilia diuersa sortita sunt habitationis suæ loca, pisces aquam, aues aërem. In. 3. v. Quos mun. vn. san. Sanctum baptismi sacramentum designatur, quod in aqua, tanquam materia propria ministratur, & in pretioso sanguine Christi consecratum est, efficaciamque habet, in cuius rci argumentum ex latere Christi profluxit sanguis & aquæ in remissionem peccatorum nostrorum. Vnde B. Ioan. hoc ostendens mysterium, ait: Hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus, nā in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Per mortis tædium mors secunda & æterna est intelligenda, cuius molestiam à nobis auferri petimus: nam mortem corporis natura effugere non possumus, cum sit statutum omnibus hominibus semel mori. In. 4. v. alludentes ad piscium & avium conditionem, petimus à Deo vt concedatur nobis, ne ullum culpa grauis ad imam degrauet, sicut pisces demerguntur aquis: nullum rufus iactantia, & animi elatio sustollat ad alta, more avium per inane volantium.

## Feria. 6. ad horas Vespertinas.

26.

Plasmator hominis Deus,  
Qui cuncta solus ordinans,  
Humum iubes producere  
Reptantis, & feræ genus.

2 Qui

**2** Qui magnā rerum corpora

Dictū iuuentis viuida,

Vt seruant per ordinem,

Subdens dedisti homini.

**3** Repelle à seruis tuis

Quicquid per immunditiam

Aut moribus se suggesterit,

Aut aetibus fese inferit.

**4** Da gaudiorum præmia,

Da gratiarum munera,

Dissolute litis vincula,

Astringe pacis foedera.

**5** Praesta Pater. *vt supra.*

**C**Armen est dimet. iam. sed habet in primi. v. carm. 1. loco secundo pyrrichium pro iambo. Tribuitur Ambrosio. Commendat diuinam virtutem ab opere diei sexti, in quo Deus produxit in-  
menta, & bestias terre, atque reptilia, hominemque ad imaginem, & similitudinem suam formauit, cui subiecit pisces maris, & omnes animantes terræ. Petit, vt quicquid est immundum a nobis re-  
pellat, vt placidam concedat pacem, & æternæ vitæ dona. In. 2. v.  
dicitu. id est verbo, ablatiuus est quartæ inflexionis, a dico. is. dicere  
enim Dei, iubere est, & simul facere: quemadmodum dicit: Ipse di-  
xit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. In. 3. v. mores,  
modum, rationemque iudei signant, & vita insitutum: inde pro-  
bos & malos mores dicimus. actus sunt operationes ipse, quas fa-  
cimus, & secundū quas, aut bonis moribus, aut malis imbuti sumus,  
itaque petimus, vt quicquid impurum aut vita nostræ insituto, ac  
ordini se ingerit, aut operibus nostris interuenit, a nobis repellat.  
In. 4. v. quatuor optada a Deo postulamus: primum, vt cælestiū gau-  
diorū post hanc vitam det nobis præmia; alterum, vt in presenti vi-

*Regum. 19.  
Corint. 14.*  
ta largiatur nobis suarum gratiarum dona: tertium, ut extinguat  
inter nos rixarum, & contentionum occasiones & incendia: Quia  
non est in commotione Dominus. Et Deus noster non est dissensionis  
Deus, sed pacis: quartus, ut placido fædere pacis nos omnes obstrin-  
gat, ut Deus ipse, qui vera est pax, & Deus pacis, quietam in nobis  
habeat mansionem.

## Sabbato ad horas Vespertinas.

27.

- 1 O lux beata Trinitas  
Et principalis vnitas,  
Iam sol recedit igneus,  
Infunde lumen cordibus.
- 2 Te manè laudum carmine,  
Te deprecemur vesperi,  
Te nostra supplex gloria  
Per cuncta laudet secula.
- 3 Deo Patri. *vt supra.*

**D**icitrum est iambi. autor B. Grego. Petit à Deo, ut diuino lu-  
mine illustremur: quò ipsum perpetuo laudare possumus. In  
1. v. Et principalis vnitas. ipsius Dei individua vnitas dicitur  
principalis, quoniam omnis vnitatis in rebus est exordium, & fons,  
à qua quicquid in mundo est unum, suam habet vnitatem: ita Deus  
ipse dicitur principalis veritas, bonitas, virtus, lux, &c. consimilia.  
In. 2. v. vesperi, aduerbiū est quemadmodum manè, significatq;  
vespertinum tempus. supplex gloria laudem significat, qua Dñi  
glorificamus, & extollimus, ut in illo celebratissimo versu ecclesia-  
stico, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.*

Ad

# Ad Completorium.

28.

1 Telucis ante terminum

Rerum creator poscimus,

Ut solita clementia

Sis præful ad custodiam.

2 Procul recedant somnia

Et noctium phantasmatæ,

Hostemque nostrum comprime,

Ne polluantur corpora.

3 Praesta Pater omnipotens

Per Iesum Christum Dominum,

Qui tecum in perpetuum

Regnat cum sancto Spiritu.

**D**imetrum est iambicum orthometrum in duobus primis versibus, nam in. 3. cacometrum omnino. At in. 3. car. pri. v. ponitur trochaeus pro sponsore vel iambo. In. 1. v. idem est. ad custodiæ, & ac custodia, capiturq; actiue. In eodæ. v. præful. apud antiquos erat primus inter Salios Martis sacerdotes, à præfilio. is. quod est ante salio, nunc dicitur, qui alis ad tutamentum, & præstidium præest, ut cuiq; suus Angelus bonus præful, ac præses est, cuius custodiæ, & directioni inuigilat. Matth. 18. Angeli eorum semper vident faciem Patris, & Act. 12. in. 2. v. phantasma. vocabulum est Græcum, significat imaginem animo apparentem sine rei existentia, qualia dormientibus atq; somniatibus occurunt. Orandum præterea à nobis est, ut à pollutione nocturnæ liberemur, quæ aliquando hostis nostri suggestioni accidere solet, redditq; aliquando hominem minus aptū ad sanctæ Eucharistie celebrandum mysterium,

*Deute. 23.* ob tanti Sacramenti reuerentiam, cuius rei & in lege veteri typum  
habemus: Si fuerit inter vos homo, qui nocturna pollutus sit somnio,  
egredietur extra castra, & non reuertetur, prius quam ad vesperam  
lauetur aqua, & post solis occasum regredietur in castra. Consilium  
itaq; erit, vnius saltem diei festatio, qui pollutione nocturna coinqui-  
natus fuerit, ab augustissimo altaris sacrificio abstineri, vel tanti sa-  
cramenti reuerentia, vel corporali foeditate, vel utroque potius ex  
congruo etiam si non necessario, nisi aliquid obliterit, quod potest  
volumenire. Hic hymnus tribuitur B. Ambrosio.

## In Aduétu Dñi, ad Vesper. horas.

29.

- 1 Conditor alme syderum  
A Eterna lux credentium,  
Christe redemptor omnium,  
Exaudi preces supplicum.
- 2 Qui condolens interitu  
Mortis perire seculum,  
Saluasti mundum languidum,  
Donans rei remedium.
- 3 Vergente mundi vespere,  
Vti sponsus de thalamo  
Egressus honestissima  
Virginis matris clausula.
- 4 Cuius fortis potentiae  
Genu \* flectuntur omnia  
Cælestia, terrestria,  
Natura fatentur subdita.

5. Tè deprecamur Hagie  
 Venture iudex seculi,  
 Conserua nos in tempore  
 Hostis à telo perfidi.
6. Laus, honor, virtus, gloria  
 Deo Patri, & Filio  
 Sancto simul Paracclito  
 In seculorum secula, Amen.

**C**Armen est dimetrum iambicum cacometrum, aliquibus in locis, ut insipienti patebit. Tribuitur B. Ambroſio. Commendatur in eo Christi filij Dei benignitas, quod ad nos redimendos in primo aduentu de sacro sancta Virgine nasci dignatus est. Rogaturque, ut in secundo aduentu suo nos ab hoste antiquo, & protegat, & tueatur, ne ipsius percutiamur telo. In. 3. v. vergēte mun. ve. hoc est appropinquante fine mundi, nam expletis iam quinque mundi etatibus, in sexta, qua usque ab consummationē seculi extendetur, Christus suscepta carnis humanitate venit. Vnde à prophetis nouissimis diebus venisse dicitur. Et erit in nouissimis diebus præparatus mons, domus Domini, id est, tempore gratia, prædestinatus à Deo agnus occisus ab origine mundi. Quem quasi lapidem vidit Daniel abscessum de monte sine manibus, & crevit in montem magnū. Et Ioā. 1. sua epistola ait: Filioli nouissima hora est. Et Apostolus preterea, inquit: Scripta sunt hec ad correctionem nostram, in quos fines seculorum deuenierunt. In eodem versu, uti sponsus de thavidelus Regius propheta. In vero Virgineo nuptio factæ sunt inter naturam diuinam, & humanam, quando in unum suppositum, spiritu sancto operare, diuinitas & humanitas pariter sunt unitæ, & gressus est tanquam spōsus, noui vestibus indutus, novo habitu factus homo, in quo sibi Ecclesiam copulavit. In. 4. v. sub cœlestibus, & terrestribus, etiam inferna comprehenditur. In terra enim di-

cuntur esse inferi. Descendant in infernum viuentes. Psal. 54. Ut in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum. Paul. ad Phil. 2. Atque caelestia & terrestria eigena flectunt in signum cultus & reverentiae, amore filiali & obsequioso: inferna vero, in signum subiectionis, superbia illorum semper crescente. Psal. 73. Nomine. genu in accusativo est per synecdochen, vel eclipsis atticā, à verbo flectuntur pendens. In. 57. Hagie. dictio est Graeca, idem significat quod sancte, scribenda per aspirationē. Nonnulli codices adjungunt hic quatuor carmina. Occasum sol custodiens, Luna pallorem retinens, Candor in astris resplendens, Certos obseruat limites.

## In Aduentu Domini ad noct. Mat.

30.

1 Verbum supernum prodiens,

A Patre olim exiens,

Qui natus orbi subuenis,

Cursu declui temporis.

2 Illumina nunc tempora,

Tuoque amore concrema,

Audito ut praēconio

Sint pulsa tandem lubrica.

3 Iudexque cum post aderis

Rimari facta pectoris,

Reddens vicem pro abditis,

Iustisque regnum pro bonis.

4 Non demum arctemur malis,

Pro qualitate criminis,  
Sed cum beatis compotes  
Simus, perennes, cælibes.

5 Laus, honor. *Misericordia*.

**C**armen est dimetrum iambicum, in quo non habetur vocalium concursus ratio, claudicat præterea contra legem carminis, nam alicubi habet spondeum pro iambo in secundo loco, & trochæum in tertio. Ascribitur B. Gregorio. Meminit utriusque aduentus, rogatque, ut sicut in primo aduentu nos visitauit per suam incarnationem, sic in secundo benigniter nos saluos faciat. In. 1. v. verbū supernum id est cælesti, immo supercælesti, non seculare, aut temporale, quale est illud propheticum: In æternum Domine verbum tuum permanet in caelo. Psal. 118. exiens per carnem assumptam, manens tamen apud Patrem: Exiui à Patre, veni in mundum. Io. 13. & 16. declinie, est quod deorsum tendit, declinaturque ad ima, & quasi vergens ad finem, quia transactis quinque etatibus, Christus &ate sexta venit, per nativitatem secundum carnem. In. 2. v. auditio ut præconio. petimus, ut cum auditum fuerit à nobis prophetarum, & Euangeli de aduentu filij Dei præconium, propellantur à nobis per fidem, & bona opera peccata. In. 3. v. aderis rimari facta. ellenismus est, nam Græci caret supinis & gerundiis, ut tureturque pro illis infinitius. In. 4. v. alijs legunt perenne, alijs perenniter: si perenne. legeretur, nihil esset, quod offenderet aures, sed si separantur adiectionia, nihil est durum, meo iudicio, additis distinctionibus.

## In Aduentu ad Laudes Matut.

31.

\*Vox clara ecce intonat,  
Obscura quæque increpat,

Vox ecce  
clara in-  
tonat.

Pellan-

Pellantur eminus somnia,

Ab æthere Christus promicat.

2 Mens iam resurgat torpida,

Quæ forde extat saucia,

Sy dus resulget iam nouum,

Vt tollat omne noxium.

3 Esursum agnus mittitur,

Laxare gratis debitum,

Omnies pro indulgentia

Vocem demus cum lachrymis.

4 Secundo ut cum fulserit,

Mundumque horror cinixerit,

Non pro reatu puniat,

Sed nos pius tunc protegat.

5 Laus, honor. vt supra.

C Armen est quale superius, parum elaboratum, Argumentum  
idem cum superioribus. In. i. v. sensus est: Christus e caelo re-  
fulgens per aduentum in carnem, nunc in terris emicat, tanquam na-  
uum & salutare sydus in tenebris exortu. Possimus etiam per vo-  
cem claram intonantem, intelligere Christi preconem, Beatus Ioan-  
nes Baptista, de quo vaticinatus est Esaias. c. 40. Vox clamantis in  
deserto, parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei  
nostrri. In eodem. v. Ab æthere. legendum videtur ab æthra, vel  
æthre. ex ratione carminis, ne superfluat, præsertim cuæ æther, &  
æthra pro eodem usurpentur apud poetas. In eodem versu, Pellantur  
eminus somnia. hypercatalecticum est carmen, nam abun-  
dat una syllaba, quia in secundo loco pro iambo est amphibrachus.  
Poterat sic legi. procul fugetur somnia. seruata carminis lege,  
& sententia: nam idem significat, eminus, quod procul.

In

# In Natiuitate Domini.

32.

*Hie Hymnus est hordone 2*

1 Christe redemptor omnium,

Ex Patre Patris vnice,

Solus ante principium,

Natus ineffabiliter.

2 Tu lumen, tu splendor Patris,

Tu spes perennis omnium,

Intende, quas fundunt preces

Tui per orbem famuli.

Colos.

3 Memento salutis autor,

Quod nostri quondam corporis

Ex illibata Virgine

Nascendo, formam sumpseris.

4 Sic præsens testatur dies,

Currens per anni circulum,

Quod solus à sede Patris

Mundi salus aduenieris.

5 Hunc cælum, terra, hunc mare,

Hunc omne, quod in eis est,

Autorem aduentus tui

Laudans exultat canticò.

Continens  
pro conten-  
to.

6 Nos quoque qui santo tuo,

Redempti sanguine sumus,

Ob diem natalis tui

Hymnum nouum concinimus.

7 Glo-

Gloria tibi Domine,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre, & sancto Spiritu,  
In sempiterna secula. Amen.

**D**icitur iambicum ex lexe tamen Tribuitur B. Ambrosio.  
Gratias agit Deo, quod cum sit Dei Patris Unigenitus ante secula, de Virgine dignatus est nasci pro nobis in tempore. In. 1. v. Solus an. prin. nam antequam mundus existeteret, aliud nihil genitum erat, unde Propheta. Ante luciferum genui te, ait Pater Filio. Psal. 109. ineffabiliter. Generationem eius quis enarrabit? Esai. 53. In 4. v. solus. quia solus Filius per incarnationem, humanam sumpsum naturam, non Pater, nec Spiritus sanctus, licet uterque ad illud mysterium cooperatus fuerit. In. 5. v. hunc. scilicet diem. Hunc in spiritu praeditus Propheta ait Psal. 95. Letentur caeli, et exultet terra, commouatur mare, et plenitudo eius, gaudebunt campi, omnia que in eis sunt, quia Dominus venit.

## In Nativitate Domini, ad Laudes.

33.

- 1 A solis ortus cardine,  
Ad vsque terrae limitem,  
Christum canamus principem,  
Natum Maria Virgine.
- 2 Beatus autor seculi,  
Seruile corpus induit,  
Ut carne carnem liberans,  
Ne perderet, quos condidit.
- 3 Castæ parentis viscera  
Cælestis intrat gratia,

Venter pueræ hæiulat  
Secreta, quæ non nouerat.

**4** Domus pudici pectoris  
Templum repente fit Dei:  
Intacta nesciens virum,  
Verbo concepit filium.

**5** Enixa est puerpera,  
Quem Gabriel prædixerat,  
Quem matris aluo gestiens,  
Clausus Ioannes senserat.

**6** Fœno iacere pertulit,  
Præsepe non abhorruit,  
Paruoque lacte pastus est,  
Per quem nec ales esurit,

**7** Gaudet chorus cælestium,  
Et Angeli canunt Deo,  
Palamque fit pastoribus.  
Pastor creator omnium.

**H**ic hymnus dimiter est iambicus, constans suis legibus, quem Sedulius per ordinem literarum Alphabeti composuit per tria & viginti tetraстicha, quāquam hic sunt septem tantum. Primus itaque versus habet. A. secundus. B. tertius. C. & sic deinceps usque ad. G. In hac genere scribēdi luserunt instrumenti veteris autores, nam David hac serie composuit Psalmum. 18. duobus & viginti octonariis diuisum, iuxta numerum literarum Hebraicarum, que sunt viginti due, quarum quilibet continet versus. 8. ab eadem litera in Hebreo incipientes, quod Latinus interpres seruare non potuit: Et Salomon librum Proverbiorum, Hieremias Threnos. In. i. v. cardo, ipsius exortus solaris. &

plaga celi orientalis est, unde sol oritur, limes autem sine stremitate  
terre, regio est occidua. Hoc tamen itaque nos hic versus ut ubique Deum  
laudemus, ab oriente scilicet usque ad occasum solis, iuxta illud psal-  
mographi. Psal. 112. A solis ortu usque ad occasum laudabile nomen  
Domini. In eodem verso penultima Matri est longa, sed non est  
quod autorem negligenter incussemus, securus est enim vulgatum,  
Et communem grammaticorum usum producentium eam, quibus  
potius iam accedendum est, quam antiquis, licet probatis, quando  
de hac intemerata Virgine erit sermo. In. 2. v. Seruile cor. in hoc  
est corpus humanum, eo quod natura humana secundum se est ser-  
ua, Et subiecta Deo. Allusus autor ad illud Apostoli ad Philip. 2.  
Qui cum in forma Dei esset, non rapinae arbitratus est, se esse aequali-  
tem Deo, sed humiliauit semetipsum formans servi accipiens, Et ha-  
bitu inuentus ut homo. In. 6. v. Per quem nec ales esurit, qua-  
quam ipse parvo lacte est nutritus secundum humanitatem, per eum  
tamen secundum diuinitatem nec ales esurit: nam Psalmista ait: Qui  
dat iumentis escam ipsorum, Et pullis eorum inuocantibus eum.  
Psalm. 103. Psal. 146. Et rursus: Omnia ab illo spectat, ut det illis escam in te-  
pore. De hac re videndus. B. Lucas. c. 1. Et 2.

## In festo Sanctorum Innocentium ad Vespertas.

34.

1 Audit tyrannus anxius

Adesse regum principem,

Qui nomen Israël regat,

Teneatque Dauid regiam.

2 Exclamat amens nuncio,

Successor instat, pellimur,

Satelles i, ferrum rape,

Per-

Perfunde cunas sanguine.

**3** Quid proficit tantum nefas?

Quid crimen Herodem iuuat?

Vnus tot inter funera

Impunè Christus tollitur.

**4** Gloria tibi. vt supra.

**C**armen est quale superius; orthometrum, Prudentius autor,  
qui inter careras suas odas suauissimum hymnum composuit  
de Epiphania Domini, cuius initium est: Quicunque Christum que-  
ritis: ex quo hi tres versus excerpti sunt. Incusat in eo impium He-  
rodem, qui Christum voluit occidere, ut habetur Matth. 2.c. In. 1.v.  
Isræl. idest populu Iudaicum, nam sic ait Micheas. c. 5. Ex te mi-  
hi egredietur, qui sit dominator in Isræl. In. 2.v. nuncio. hoc est  
Magorum denunciatione, quod illis diebus natus esset Rex Iudeorū.  
Matth. 2.nuncius, & nuncium.ij. In. 3.v. Quid prof. tan. nef. na-  
inter inundationes sacri Innocentii sanguinis, Christus solus eua-  
sit liber, Angelico monitu submotus in Ægyptum.

## In festo Sanctorum Innocentium ad Laudes.

35.

**1** Saluete flores martyrum,

Quos lucis in ipso limine

Christi insecutor substituit,

Ceu turbo nascentes rosas.

**2** Vos prima Christi victima,

Grex immolatorum tener,

Aram ante ipsam simplices

E

Palma,

Palma, & coronis luditis.

3 Gloria tibi. ut supra.

**D**Esumptum est ab illo Prudentij: *Quicunque Christum quaeritis. Matth. 2. In. 4. flores martyrum. id est primitie. in lumine lucis. id est in introitu vite, quos insecuror. Herodes tanquam turbo, ventus violentus, & tempestas decussum, vel tollere solet rosas, primū nascentes. In. 27. palma & coronis luditis. palma arbor in manibus, & corona capiti imposta insignia sunt. olim victoribus dari solita. Vnde B. Ioan. in Apocal. c. 7. vidit Sanctos caelestis ciuitatis incolas & coronis adornatos, & palmas gerantes in manibus. Quoniam igitur Sancti Innocentes tyranni victimae fuerunt, & modo triumphato cursum huius vite consummarunt: palma, & coronis insigniti hic describuntur. Appositeq; Iesus est auctor verbo luditis. infantilis enim aetas ludis solet occupari, & illis gaudere.*

## In Epiphania, ad Vesperas.

36.

- 1 Hostis Herodes impie  
Christum venire quid times? In die Sibylla  
Non eripit mortalia,  
Qui regna dat caelestia.
- 2 Ibant Magi, quam viderant,  
Stellam sequentes præuiam,  
Lumen requirunt lumine,  
Deum fatentur munere.
- 3 Lauágra puri gurgitis  
Cælestis agnus attigit,  
Peccata, quæ non detulit,

No<sup>o</sup>

Nos abluendo sustulit.

**4** Nouum genus potentiae,  
Aqua rubescunt hydriæ,  
Vinumque iussa fundere,  
Mutauit vnda originem.

**5** Gloria tibi Domine,  
Qui apparuisti hodie,  
Cum Patre & sancto Spiritu,  
In sempiterna secula. Amen.

**P**ars est illius cantici Sedulij, quod incipit: A solis ortus cardine, per ordinem alphabetarium continens tetraestica ab H. littera usque ad N. intermissis. K. & M. literis, quoniam neuter illorum versuum mysteria Epiphaniae Domini complectitur, & ideo unus Ecclesiasticus illos missos fecit. Canitur in festo apparitionis Domini, hoc enim sonat epiphania, quia hoc die Saluator noster apparuit. In. 1. v. 1. c. trochaeus ponitur primo loco, & spondeus secundo, quod vix in hoc genere carminis admittitur. Tria sacramenta declarantur in hoc hymno: stelle apparitio, Christi baptizatio, & aquæ in vinum conuersio. Que tria mysteria eodem die sunt peracta, quo à tribus Magis adoratus est diuersis tamen annis, & interiecto longi temporis curriculo. In eo verso lege venire, non venisse, ratio ne carminis. Sensus est, non venit, ut auferat tibi regnum tempore, ut suspicaris, & formidas, cù ipse caelestia, & aeterna regna suis largiatur. In. 2. verso. Magi, hoc loco non sunt, qui magicis vanitatibus sunt dediri, sed qui sapientia possent, & bonarum scientiarum studio sunt addicti: est dictio Persica, qua apud eos sapiens significatur, sic enim Persæ magos vocant, quos Græci Philosophos, Latini sapientes, Galli druidas, Aegyptiæ prophetas, sine sacerdotes, Indi gymnosophistas, Assyrîi Chaldeos. In. 2. v. lumen. id est Christus, qui est lumen ad revelationem gentium, Lucæ. 2. lumine. id est stelle &

claritate Mis̄is apparente. Matth. 2. in. 3. v. detulit. perpetrauit;  
commisit. hydriæ. In. 4. v. continens pro contento, hydriæ vas est  
aquarium, unde nomē sortitur, nam hydor Græce aquam significat.  
originem. naturam, nam quæ prius erat aqua, potestate diuina, &  
contra naturam, in v. num est mutata. Ultimus versus nō est Sedu-  
lij, sed ab Ecclesiâ pro more adiectus ad gratias Deo agendas pro of-  
ficio huic celebritati proprio.

## In Epiphania ad Laudes.

37.

- 1 O sola magnarum urbium  
Maior Bethlehem, cui contigit  
Ducem salutis cælitus  
Incorporatum gignere.
- 2 Quem stella, quæ solis rotam  
Vincit decore, ac lumine,  
Venisse terris nunciat,  
Cum carne terrestri Deum.
- 3 Viderunt postquam illum Magi,  
Eoa promunt munera,  
Stratiq; votis offerunt  
Tus, myrrham, & aurum regium.
- 4 Regem, Deumque annunciant  
Thesaurus & fragrans odor  
Thuris Sabæi, ac myrrheus.  
Puluis sepulchrum prædocet.

**H**ic hymnus carptim decerptus est ab illo prudenti, cuius iam  
meminimus, cuius initium est: *Qui unque Christum queri-  
tus. Cummendatur Bethlehem, in qua natus est Christus,* quæ com-

parata

parata vrbibus Iuda, ubi sunt multa hominum millia, pars uulnus est  
 vicus, dignitate tamē principis, quibus nascitur, maxima est omniū  
 ciuitatum ciuitas. Matth. 2. Et tu Bethlehem terra Iuda nequaquam  
 minima es in principibus Iuda: quod oraculum sumptū est ex Mi-  
 chae. cap. 5. In textu Prudētiano. Bethlē. est per synæresin, ut in  
 cui. & huic. si legatur Bethlehem, erit in secundo loco amphima-  
 cer, aut anapæstus pes. Magnarum vrbium maior. id est maxi-  
 ma, ut sit comparatiuum pro superlativo. incorporatū cœlitus.  
 id est humanatum à Spiritu sancto, ut dicunt Greci. in. 3. v. Eoa. id  
 est orientalia, nam Magi ab oriente venerūt Hierosolymam. Mat-  
 thei. c. 2. Ecce Magi ab oriente accesserunt in eos. prima est indif-  
 ferens. thus, myrrham, & aurum regium. triplici rerū gene-  
 re nouum sacrificium offerentes, iamque veluti per Aenigma Tri-  
 nitatem illam ineffabilem profitentes, Patris, Filiū, & Spiritus san-  
 cti, simulque in uno homine diuinitatem, humanitatem, mortalita-  
 temque agnosceres: nam thus significabat eius diuinitatem, quia in  
 thure fit Deo sacrificium: myrrha, quod mortalis esset, siquidē myr-  
 rha coniunctur corpora humana: aurum regem notabat, quoniam  
 aurum regibus solet solui in tributum. Natus est mortalis, sacrificat  
 uit in cruce, uicit resurgens, regnat in cœlis.

## In Quadragesima ad Vespertas.

38.

Audi benigne conditor  
 Nostras preces cum fletibus,  
 In hoc sacro ieunio  
 Eusas quadragenario.

- 2 Scrutator alme cordium,  
     Infirma tu scis virium,  
     Ad te reuersis exhibe  
     Remissionis gratiam.  
 3 Multum quidem peccauimus,  
     Sed parce confitentibus,  
     Ad laudem tui nominis  
     Confer medelam languidis.  
 4 Sic corpus extra conteri  
     Dona per abstinentiam,  
     Ieiunet ut mens sobria  
     A labe prorsus criminum.  
 5 Praesta beata Trinitas,  
     Concede simplex vnitas,  
     Ut fructuosa sint tuis  
     Ieiuniorum munera. Amen.

**H**ic hymnus dimetro iambico currit, tribuitur B. Ambroſio,  
 in quo tota Trinitas inuocatur, quæ verè est unus Deus, unus  
 conditor, unus uniuersorum rector. Petit ut cum corporali ieiunio  
 abstinendi etiam à peccatis gratiam largiatur. In. 1. D. benignè po-  
 test esse nōmē & aduerbium, & sensu, & carminis lege. Nostras  
 preces cum fletibus. Exaudi orationem meam Domine, auribus  
 percipe lachrymas meas. Psal. 38. quadragenarius. ad annos so-  
 let referri, hic verò ad dies applicatur. Moyses quadraginta dies bis  
 ieiunauit. Exodi. 24. & 34. Helias etiam ieiunauit quadraginta  
 dies. 3. Reg. 19. Christus etiam ieiunauit quadraginta dies, & qua-  
 draginta noctes. Matth. 4. In. 2. v. Scrutator cordiū at ille, qui  
 scrutatur corda, nouit quis sit sensus, & spiritus quid desyderet. ad  
 Roma. 8. Et Hierem. 17. Ego Dominus scrutans corda. Et Psalm. 7.

Scrutas corda; & renes Deus. Infirma tu scis virium. Vnde Psal.  
 In peccatis conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.  
 Et rursus: Miserere mei Dñe, quoniam infirmus sum. Psal. 6. in. 3.  
 V. throchæus est pro iambo secundo loco, carmine secundo. In. 4. V.  
 Ieiunet ut mens sobria. Quomodo est ieiunandum docet Esaias.  
 40. Solue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes. &  
 reliqua. 3. V. sic legunt nonnulli. Multum quidem peccauimus,  
 Pœnaisque cōparauimus, Sed cuncta qui solus potes,  
 Confer medelam languidis.

## Dominica prima in Quadragesima, ad Matutinum.

39.

- 1 Ex more docti mystico,  
Seruemus hoc ieiunium,  
Deno dierum circulo,  
Ducto quater notissimo.
- 2 Lex, & prophetæ primitus  
Hoc prætulerunt, postmodum  
Christus sacrauit, omnium  
Rex, atque factor temporum.
- 3 Ut amur ergo parcus  
Verbis, cibis, & potibus,  
Somno, iocis, & arctius  
Perstremus in custodia.
- 4 Vitamus autem pessima,  
Quæ subruunt mentes vagas,

- Nullumque demus callidi  
 Hostis locum tyrannidi  
 5 Dicamus omnes cernui,  
     Clamemus atque singuli,  
     Ploremus ante iudicem,  
     Flectamus iram vindicem.  
 6 Nostris malis offendimus  
     Tuam Deus clementiam,  
     Effunde nobis desuper  
     Remissor indulgentiam.  
 7 Memento quod sumus tui,  
     Licet caduci plasmatis, <sup>image formata</sup>  
     Ne des honorem nominis <sup>Lxx</sup>  
     Tibi precamur, alteri.  
 8 Laxa malum, quod fecimus,  
     Auge bonum, quod poscimus,  
     Placere quo tandem tibi  
     Possimus hic, & perpetim.  
 9 Præsta Beata Trini. ut supra.

**C**armen est quale superius, suis legibus coarctatum. Tribuitur B. Ambrosio. Comendatur in eo quadragesimale ieiuniū, per mysticum quadragenarij numerum obseruari institutum, quod & veteres testamenti patres obseruarunt, & ipse Christus suo ieiunio consecravit: ideo nos admonemur, ut idem studiose obseruemus per vicelus parsimoniam, & peccatorum deuitationem, orationesq; supplices. In. i. v. Deno, die, cir. Numerus quadragesimus in sacris scripturis perfectionis vite est index, quod denarius decalogi legem, quaternarius euangeli observationem insinuat: que duo suos

suos cultores ad summam perfectionem enchainit: & ideo quadragenarius dierum numerus ieiunio seruando est assignatus. De 2. versu in superiori hymno dictum est. De ieiunio, inquit, Moseos, & Heliae, & Christi, illi duo in figura præcesserunt, Christus sanctificauit. In. 4.v. Subruunt, summergunt, & opprimunt. In. 7.v. plasma. est opus figlinum, imago formata ex argilla, aut luto, quoniam Deus formauit hominem ex luto. sive limo terre, dicitur plasma Dei. Genes. 2. Et Esaias. 6.4. Et nunc Domine pater noster es tu, nos vero lutum, & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos.

## Ad Laud. in Domi. prim. Quadrag.

4°.

**1** Iam Christe soli iustitiae

Mentis \* dies cant tenebræ,

Recedant;

Virtutum ut lux redeat,

Terris diem cum reparas.

**2** Dan tempus acceptabile,

Et poenitens cor tribue,

Conuertat ut benignitas,

Quos longa suffert pietas.

**3** Quiddamque poenitentia

Da ferre quanuis \* grauium,

Grandium.

Maiore tuo munere,

Quo demptio fit criminum.

**4** Dies venit, dies tua,

In qua res florent omnia,

Lætemur in hac, ut tuæ

Per hanc reduci gratiæ.  
Te rerum vniuersitas,  
Clémens adoret Trinitas,  
Ut nos noui per veniam  
Nouum canamus canticum.

**D**icitur est iambicum, non tamen eius leges omnino seruat, nam præcipue in tertia sede trochæum admittit. Tribuitur B. Ambroſio. Oratur in eo Deus, ut quoniam nunc est tempus acceptabile, id est, placabile, quo Deus non aduersatur peccatorem ex animo resipiscerentem, iuxta illud Eſaiæ. 49. In tempore acceptabilis exaudiui te, dies in quam salutis gratiam nobis concedat, salutare ea pro peccatis nostris pœnitentiam agendi. In. 1. v. dies cant. id est diuino lumine illustrentur, nam diescere est lucescere, & diem terris reddi. Alij codices habent, recedat, eadem est sententia. In. 2. v. pietas. est cultus Deo debitus, & obseruantia, & veneratio, quæ à filii est exhibenda parentibus. Plutarchus ait in Camillo, pietatem esse medianam inter contemptum numinum: & superstitionem. Cum verò pietas Deo attribuitur ad homines, summittur pro benignitate, & clementia, & misericordia, ut hoc loco. Orat enim Ecclesia, ut quoniam longanimitas Dei nos longo tempore sustinet, nostram conversionem expectans, ipsa nos ad pœnitentiam adducat, ubi maximum est aduertendum in hoc versu, quod duo postrema carmina aliter atque aliter leguntur: nam in Lyrano codice, & Antoniano sic leguntur. Ne nos noxios traheat. Hoc, quod benignè prorogas. In Clictoniano autem sic. Ne nos vacuos traheat. Hoc, quod benignè prorogas. Quæ posterior lectio magis videtur quadrare sensu, hoc est, ne illa benigna dilatario tua, quæ differt iram tuam nobis immitere, negligenter à nobis sine cura, & sine fructu conuersio[n]is, & boni operis pretereat: sententia quidem pia, & quam aptissima. In. 3. v. sensus, & ordo, qui videtur aliquanto confusor, talis est. Da ô Christe nobis ferre, se pari quiddam. id est, ali quid

quid poenitentiae. quòd demptio fit, & ablatio criminū, quāuis grauium, id est quantumvis grauiū, magno tuo dono, ingenti, scilicet, vel maiore nostris criminibus, ex sola enim & gratuita voluntate tua omnia nostra crimina vel maxima delere paratus es.

*In. 4. v.* Dies venit, dies tua, de paschali die rectè intelligitur, qui dies est Domini, nam triumphali resurrectione illum consecravit, & sanctificauit, in quo die canit Ecclesia: Hæc est dies quam fecit Dominus, exultemus, & letemur in ea.

## Ad Vespertinas horas Dominica prima Quadragesimæ.

41.

- 1 Ad preces nostras deitatis aures  
Deus inclina pietate sola,  
Supplicum vota suscipe, precamur  
Fatuli tui.
- 2 Respice clemens solio de sancto  
Vultu sereno, lampades illustra  
Lumine tuo, tenebras depelle  
Pectore nostro.
- 3 Crimina laxa pietate multa,  
Ablue fordes, vincula disrumpe,  
Parce peccatis, releua iacentes  
Dextera tua.
- 4 Te sine tetro mergimur profundo,  
Labimur alta sceleris sub ynda,

- Pectora,  
carnis vitia  
retunde.*
- Brachio tuo trahimur ad clara  
Sydera cæli.  
5 Christe lux vera, bonitas, & vita,  
Gaudium mundi pietas immensa,  
Qui nos à morte rosco saluasti  
Sanguine tuo.  
6 Insere tuum petimus amorem  
Mentibus nostris, fidei refunde  
Lumen æternum, charitatis auge  
Dilectionem.  
7 Tu nobis dona fontem lachrymarum,  
Ieiuniorum fortia ministra  
\*Vitia carnis millia retunde  
Frameatua.  
8 Procul à nobis perfidus absistat  
Satan, à tuis viribus confractus,  
Sanctus assistat Spiritus à tua  
Sede demissus.  
9 Gloria Deo sit æterno Patri,  
Sit tibi semper genitoris Nata,  
Cum quo æqualis Spiritus per cuncta  
Secula regnat.

*H*ic hymnus saphisci & adonij speciem præsent, sed syllabrum tantum numero, sine aliqua pedum obseruatione, mensura, atq; lege. Continet orationē ad Deū, ut in hoc sacro quadragesimali ieiuniū rēpore nos exandiat, nos respiciat, nostra déleat deniq; peccata, virtutesque augeat. In iiii pietate sola, id est non no-

stris meritis, sed ex sola, & gratuita tua voluntate, benignitate, atq;  
clemētia. In. 2. v. lampades illustra. metaphorice intelligit corda  
humana, in quibus oleum charismatum sancti Spiritus cum lumine  
bonorum operum debet reponi, ut cum sapientibus virginibus præ-  
parati, ipsi sponso obuiā ire recte possimus. Matth. 25. in. 7. v. fra-  
mea, hastā, iaculo longo. In. 8. Sathan, vel Sathanas. Ut Græci  
scribūt sine aspirationis nota: quanquā Latini addunt. h. Ut in tro-  
phœo, & anchora, Sathan, inquam, is. & Sathanas. &. aduersarium  
significat, & qui obſiſtit atque obturbat, habet penultimam brevē,  
in casib⁹ tamen mere Græcis debet habere accentum Græcum, ut  
in Sathan, & Sathanas in Latinis Latinū Sathane, Sathanis, ubi  
inuenietur. Et quoniam diabolus maxime Christo, & Deo contra-  
rius est, atq; aduersus: nomine Sathan&, frequentissime nominatur.  
Attribuitur interdū hominibus: Dixit enim Dominus Petro. Mat-  
thæi. 16. Vade post me Sathan, quia non sapis ea, quæ sunt Dei, sed  
ea, quæ sunt hominum.

## Dominica in Passione ad Vesperas.

42.

- |  |  |   |
|--|--|---|
| <p><b>1</b> Vexilla regis prodeunt,<br/>Fulget crucis mysterium,<br/>Quo carne carnis conditor<br/>Suspensus est patibulo.</p> | <p><b>2</b> Quo vulneratus insuper<br/>Mucrone diræ lanceæ,<br/>Ut nos lauaret criminè,<br/>Manauit vnda sanguine.</p> | <p><b>3</b> Impleta sunt, quæ concinit<br/>Dauid fidelis carmine,<br/>Dicens in nationibus<br/>Regnauit</p> |
|--|--|---|
- Hie deſunt hac quathor  
carmina  
Confixa clavis viscera  
Tendens manus vestigia,  
Redemptionis gratia,  
Hic immolata est hostia

Regnauit à ligno Deus.

4 Arbor decora, & fulgida,

Ornata Regis purpura,

Electa digno stipite

Tam sancta membrata tangere,

5 Beata cuius brachiis

Secli peperdit pretium,

Statera facta corporis

Prædamque tulit \* tartari.

6 Ocruix aue spes vnika

Hoc passionis tempore,

Auge piius iustitiam,

Reisque dona veniam.

7 Te summa Deus Trinitas

Collaudet omnis spiritus,

Quos per crucis mysterium

Saluas, rege per secula. Amen.

Carmen est dimetrum iambicum, recipit tamen trocheum,  
pro spondeo in tertio loco præcipue. Autem cœetur vel Theodo-  
dulphus Aurelianensis Episcopus, vel Fortunatus Praefat. Petri auen-  
tio, qui hymno omnium celebratum diuerso metro satis eleganter  
explicuit, alijs Sedulio, alijs Ambrosio ascribitur. Commemorata Chri-  
sti Passione, maximis laudibus crucem prosequitur. In. l. v. vexilla  
signa sunt militaria Princeps, Regum, Imperatorum, quæ in bello  
eriguntur. Haud aliter insignia Passonis Domini nostri Iesu Chri-  
sti sunt flagella, corona spinea, crux, clavi, lancea, quibus antiquum  
debellauit hostem, & principem huius mundi eiecit foras. Ioan. 12.  
Sensus & ordo. 2. v. qui in hoc codice deest, hic est. Hostia, id est  
Christus,

Christus, qui semetipsum pro nobis obtulit, tendens viscera. siue membra, confixa clavis. & etiam, tendes vestigia manus, siue manuum, immolata est hic, scilicet in patibulo crucis, tamquam in sacroso altari gratia redēptionis. id est propter nostrā redēptionē, ut gratia sit casus ablativus. In. 2. v. quo. pronomē reser tur ad nomē patibulo in primo versu positum, ut sit sensus. In quo patibulo, ultra manus & pedes confixos, ipse carnis conditor etiam vulneratus est acumine, & cuspidē militaris lanceae, ut & ipse nos lauaret à criminē: ex eo vulnere lateris manuū vnde sanguine, id est, cū sanguine. Iohann. 19. In. 3. v. Regnauit à ligno Deus. id est, per lignum, quia per lignum Crucis de diabolo triūphauit. Hoc oratione sumpturn est ex Psal. 95. in Psalterio Romano, ubi scriptum est. Dicite in nationibus, quia Dominus regnauit à ligno. At nec in Hebraicis, nec Græcis codicibus, nec in Psalterio Gallico est illud additamentum à ligno, in B. Augustino à ligno est. Et Cassiodoro, autore non pœnitendo, in Arnobio interprete vetutissimo, in Tertuliano, hunc locum egregie interpretante lib. 3. contra Marcionem. In eodem versu quidam legunt. fideli. In. 4. v. arbor deco pro cruce, per synecdochen. In eodem. v. nomine purpure, intellexit autor preciosum Christi sanguinem, quo ipsa crux perfusa, & sanctificata fuit, quod purpurei, & rosei sit coloris. In. 5. v. metaphorice dicitur, quod crux fuerit statua corporis Domini. Quonia, sicut statua sustentat pondus illi impositum, ita & crux ipsa sustentauit gloriosum Christi corpus in ea suspensum, & prædam tulit tartari, nam virtute crucis, & mortis Christi infernus spoliatus est, ut prædictum fuerat: Ero mors tua, & mors, mors tuus era inferne. ad Corinth. 15. ad Hebr. 2.

Osee. 15.

## Domi. in Passione ad horas Matut.

43.

I Pange lingua gloriose  
Prælium certaminis;

Et

Et super crucis trophæum  
Dic triumphum nobilem,  
Qualiter redemptor orbis  
Immolatus vicerit.

2 De parentis protoplasti  
Fraude facta condolens,  
Quando pomi noxialis  
Morsu, morte corruit,  
Ipse lignum tunc notauit,  
Damna ligni ut solueret.

3 Hoc opus nostræ salutis  
Ordo depoposcerat,  
Multiformis proditoris  
Ars ut artem falleret,  
Et medelam ferret inde,  
Hostis unde læserat.

4 Quando venit ergo sacri  
Plenitudo temporis,  
Missus est ab arce Patris  
Natus orbis conditor,  
Atque ventre virginali  
Caro factus prodiit.

5 Vagit infans inter arcta  
Conditus præsepia,  
Membra pannis inuoluta  
Virgo mater alligat;  
Et manus, pedesque crura

Stricta cingit fascia.

6 Gloria & honor Deo

Vsquequo al iissimo,

Vna Patri Filioque,

Inclyto Paraclito,

Cui laus est, & potestas

Per immensa secula, Amen.

**S**ibina & bina coniungas huius hymni carmina, erit carmen sa-  
phicum trochaicum, constans troches in locis imparibus: in lo-  
cis vero paribus trochae, vel spondeo. Est catalecticum, hoc est defi-  
ciens una syllaba. Autor eius Fortunatus Episcopus, de quo in supe-  
riore hymno dictum est. Laudatur in eo sacratissima crux, & hu-  
mane redemptionis sacramentum, per matutinatem Christi, & mor-  
tem reseratum. In. 2. v. protoplasti. id est Adami, qui primo plas-  
matus, id est, formatus est e terra. In. 1. v. praelium certaminis, quo  
Christus pugnauit contra fortem armatum custodientem atrium  
suum, sed ipse fortior superueniens, arma eius in quibus confidebat.  
abstulit, & spolia eius distribuit. Luc. 11. In. 4. v. Quando venit,  
cum autem venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum  
ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, &  
adoptionem filiorum recipere mus. ad Gal. 4.

## Domi. in Passione ad Laudes.

44.

I Lustris sex qui iam \* peractis

Lustra.  
Peracta.

Tempus implens corporis,

Se volente natus ad hoc,

Passioni deditus,

Agnus in \* cruce leuatur,

Crucis;

F

Immo-

Immolandus stipite.

**2** Hic acetum, fel, arundo,

Sputa, \* clauis lancea

Mite corpus perforatur,

Sanguis vnde profluit,

Terra, pontus, astra, mundus,

Quo lauantur flumine.

**3** Crux fidelis inter omnes,

Arbor vna nobilis,

Nulla sylua talem profert,

Fronde, flore, germine,

Dulce lignum, dulces clavos.

Dulce pondus fustinet.

**4** Flecte ramos arbor alta,

Tensa laxa viscera,

Et rigor lentescat ille,

Quem dedit nativitas,

Vt superni membra Regis

Mititendas stipite.

**5** Sol a digna tu fuisti,

Ferre secli precium,

Atque portum præparare

Nauta mundo naufrago,

Quem sacer cruor perunxit

Fusus agni corpore.

**H**ic hymnus pars est superioris. Pange lingua. In primo versu  
legedum videtur Lustra sex, qui iam peracta. ut cōstet  
EATIQ

ratio carminis, quod primo loco debet habere trocheum, ut dictum  
 est supra. Intellectus est, Christus implens sex lustra iuxta peractas,  
 existentia tempus corporis: nam tanto etatis tempore con-  
 stuerat ipse ante passionem suam hoc in mundo degere. Iustrum.  
 in hoc hymno capitur pro spatio quinque annorum, & ita sex lu-  
 strorum complevit triginta annos. Christus autem trigesimo sue etatis  
 anno baptizatus est, deinde se per Euangeliū enunciationem, & mi-  
 vaculorum claritudine mundo se manifestauit, & demum mortem  
 pertulit, se tamen volente, nam scriptū fuerat per Esai. 53. Oblatus  
 est, quoniam ipse voluit. Ceterum cum iustrum sit idem, ut omnes  
 autores docti simul, & in docti fatentur, quod Olimpias, que qua-  
 driennio exacto absolvitur, qua supputatione quomodo sex lustris  
 tantum exactis Christus ad passionem venerit, viderint aliij? Nam  
 ecclesiastici autores partim anno tertio & trigesimo, partim quarto  
 & trigesimo passum affirmant, hoc est lustris octo peractis, & no-  
 nio inchoacto, nam natus est anno tertio ceteris non agessimae quar-  
 ta olympiadis, passusque est etiam tertio anno ducentesima secunda  
 olympiadis. At sex lustra quatuor & viginti tantum annos comple-  
 tuntur, nec locum hic ullum habet barbarorum illud inclusum, &  
 exclusum, nec illud, quod termini solent accipi pro interuallis, nec  
 denique vlla tychtoni regula, cuius Beatus Augustinus in 3. de Do-  
 ctrina Christiana mentionem facit, salvare potest. Dicemus igitur  
 autorem alioqui doctissimum sine alicuius exemplo abusum fuisse  
 lustri significacione. Si tamen aliquis illi voluerit aliqua ratione pa-  
 trocinari, legat Luciani dialogū, qui inscribitur Icaromenippus. Ce-  
 li Rhodig. lib. 13. c. 17. Ioan. Lonicerū in primā Pindari oddā. In eo-  
 de versu aliqui legunt pro cruce. crucis ut slet carmen, ordo erit:  
 agn⁹ lenatur immolādus in stipite crucis. In 2. v. dictiones  
 ille quatuor acerū, fel arūdo, spuma, nominatiū sunt casus à  
 verbo sub audito sunt. hic id est in mystrio passionis Dñe. Du-  
 eō posteriores dictiones ablatiū sunt. clavis & lāceā relatā ad ver-  
 bū perforatur. possunt tamen oēs sex dictiones referri ad verbum sub-

ab. V. c. 751

ab. V. c. 783

intellectum sunt. & verbū. perforatur. poni absolute sine instrumento. In. 3. v. dulce lignum. nominatus est. a verbo sustinet. dulces clavos. dulce pondus. In. 5. v. eleganti metaphora crux nauta. dicitur quod genus humanum ad aeternæ salutis portum direxerit. tumque preparaverit. in quo a naufragio saluaretur. In ultimo versu. vsquequo. pro semper. impropriè tamen.

## Tempore Paschalis Resurrectionis, ad Vespertinas horas.

45.

1. Ad cœnā agni prouidi,  
Et stolis albis candidi  
Post transitum maris rubri,  
Christum canamus principi.
2. Cuius corpus sanctissimum  
In ara crucis torridum.  
Cruore eius roseo,  
Gustando, viuimus Deo.
3. Proletri paschæ vespere  
A deuastante Angelo,  
Erepti de durissimo  
Pharaonis imperio..
4. Iam pascha nostrum Christus est,  
Qui immolatus agnus est,  
Sýnceritatis azyma,  
Caro eius oblata est.

5. Overe

**5** O vere digna hostia

Per quam fracta sunt tartara,  
Redempta plebs captiuata,  
Redditæ vitæ præmia.

\*Cùm surgit Christus tumulo,

Victor reddit de Barat̄o,

Tyrannum trudens vinculo,

Et reserans paradisum.

**7** Quæsumus auctor omnium,

In hoc Paschali gaudio,

Ab omni mortis impetu

Tuum defende populum.

**8** Gloria tibi Domine,

Qui surrexisti à mortuis

Cum Patre, & sancto Spiritu,

In sempiterna secula. Amen.

**D**īmetrum est iambicum male mēsuratum. Referuntur in eo mysteria resurrectionis Domini, quod spoliato inferno deui-  
toque Satana resurrexit de sepulchro. Simul nos admonemur, ve-  
cum puritate sacrosanctam sumamus Eucharistiam, in hoc sacra-  
tissimo Paschali tempore. In x. primo. Ad cœnam ag. pro. In lege  
veteri maxima cum obseruatione, certo ritu; peculiarique cere-  
monia agnus ille paschalis, & typicus manducari iussus est. Exodi. 12.  
cum panibus scilicet azymis, lactucis agrestibus, cū pedibus & in-  
testinibus. Qui illum manducaturi erant, habituri erant renes accin-  
elos, baculos in manibus, calceamenta in pedibus, & omnia illa in  
figura. In noua lege verum sumpturi agnum, prouide & magna cū  
cautione circumspicere debemus, ut candida & nuptiali veste induti  
sacrosanctum illud conuiuum adeamus, summaque cum corporis,

tim animi puritate spiritualiter sumamus. & quemadmodum filii  
Israël traiecto mari rubro post agni esum cecinerunt Deo cantu  
illud Exodi. 15. Cantemus Dominum gloriösè enim magnificatus est,  
equum. & ascensorem deiecit in mare. &c. cō quod ab Aegyptiis li  
berauerat eos: ita & nos Iuslrali aqua id est baptismo abluti, qui  
per rubri maris transitum significatus est. & Aegypto hoc est pec  
cato dimisso, Christo nostro assertori, & duci laudes debitas exolue  
re debemus, & tenemur. Secudi. v. sensus est, quod nos gustando san  
ctissimum Christi corpus in ara crucis passum, una cum precioso sanguine  
eius, vivimus Deo: nam & ipsa veritas de se dicit in Euāgelio.  
Ioan. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem  
habet vitam eternam. In. 3. v. protecti pas. ve. Quod populo Is  
raēlitico contigit in figura, in veritate hic applicatur populo Chri  
stiano. Quemadmodū enim illuc post esum agni Paschalis, & asper  
sionem sanguinis illius ad postes ostiorū, & super liminaria domus,  
populus ille creptus fuit ab Angelo percutiente, & imperfectore  
primogenitorum Aegypti, & a dura Pharaonis servitute: ita po  
pulus Christianus per immolationem veri agni, qui Christus est, qui  
abstulit peccata mundi, liberatus est ab angelo vastatore, id est Dæ  
mone, qui mortis habebat imperium, & à granissimo illius iugo exē  
pius. Exod. 12. In. 4. v. Iam Pascha no. Chri. est. sumptum est,  
ex B. Paulo. 1. ad Corinth. 5. dicente: Etenim Pascha nostrū immola  
tus est Christus, itaque epulemur, non in fermento veteri, nec in fer  
mento malicie, sed in azymis sinceritatis, & veritatis. Christus est  
nostrū Pascha, quoniam per ipsum transiunimus à morte ad vitam.  
Nam pascha sicut phasē, transiunum significat. Iesus Christi caro  
oblata est, ut azyma sinceritatis, quoniam sine fermento peccati  
& nullo modo fuit caro peccati. azyma significat sine fer  
mento, ac fermentam in scriptura aliquando  
peccari habet significationem.

1. ad Corint. 5.

Domi-

# Dominica in Albis, ad Matutinum.

46.

- 1 Rex sempiterne Domine,  
Rerum creator omnium,  
Qui eras ante secula  
Semper cum Patre Filius.
- 2 Qui mundi in primordio  
Adam plasmasti hominem,  
Cui tuæ imagini  
Vultum dedisti similem.
- 3 Quem diabolus deceperat,  
Hostis humani generis,  
Cuius tu formam corporis  
Assumere dignatus es.
- 4 Ut hominem redimeres,  
Quem ante iam plasmaueras,  
Ut nos Deo coniungeres,  
Per carnis contubernium.
- 5 Quem editum ex Virgine  
Pauescit omnis anima,  
Per quem & nos resurgeremus  
Deuota mente credimus.
- 6 Qui nobis per baptismum  
Donasti indulgentiam,  
Qui tenebamur vinculis  
Ligati conscientia.

7. Qui crucem propter hominem  
    Suscipere dignatus es,  
    Dedisti tuum sanguinem  
    Nostræ salutis pretium.

8. Quæsumus. ut supra.

**D**imetrum est iambicum, cacometrum. Continet deprecatio-  
nem ad Deum, ut sicut ille plasmavit Adam, & accepit eius  
corporis formam, ut nos redimeret a ingo, & dominatu diabo-  
li, & Deo Patri coniungeret: ita liberet ab omni delicto in hoc Pas-  
chali gaudio.

## Dominica in Albis ad Laudes.

47.

1. Aurora lucis rutilat  
    Cælum laudibus intonat  
    Mundus exultans iubilat,  
    Gemens infernus v'lulat.
2. Cùm Rex ille fortissimus  
    Mortis confractis viribus,  
    Pede conculcans tartara,  
    Soluit à poena miseros.
3. Ille, qui clausus lapide,  
    Custoditur sub milite,  
    Triumphans pompa nobili,  
    Victor surgit de funere.
4. Solutis iam gemitibus,  
    Et inferni doloribus,  
    Quia surrexit Dominus

Resplen-

Resplendens clamat Angelus.

Quæsumus; &c.

**H**ic hymnus dimetri iambici imaginem præ se fert, syllabarū tantum numero. In. 1. v. in aurora dei paschalis circa dilucū lum Christus surrexit à mortuis, testante Prophetā. Psalm. 51. Exur gam diluculo, & Marco Euangelista. c. 16. Surgens Iesus manè, prima Sabbati apparuit primo Mario Magdalenz. Ob gloriam igitur resurrectionis Christi illius diei aurora dicitur rutilantior mortali bus illuxisse. In. 2. v. miseros. scilicet antiquos patres, non tamen miseros priuatione gratiæ, nec deformitate culpæ, sed sola dilatione gloriæ, quæ perferebant, quo usq; cælum esset apertum per sanguinē agni immaculati. In. 3. v. pompa nobili. id est, insigni gloria & triūpho resurrectionis Dominicæ. In. 4. v. solutis doloribus, quos sancti patres fuerant perpessi, nam spes, quæ differtur, affigit animam. Et B. Petrus loquens de Christo ait Actor. 2. Quem Deus suscitauit à mortuis solutis doloribus inferni.

In festo Ascensionis, ad Vesper. hor.

48.

1. Iesu nostra redemptio,  
Amor & desyderium,  
Deus creator omnium  
Homo in fine temporum,
2. Quæ te vicit clementia,  
Vt ferres nostra crimina,  
Crudelem mortem patiens,  
Vt nos à morte tolleres?
3. Inferni claustra penetrans

F 5 Tuos

Tuos captiuos redimens,  
Victor triumpho nobili  
Ad dexteram Patris residens.

- 4 Ipsa te cogat pietas,  
Ut mala nostra superes  
Parcendo, & voti compotes  
Nos tuo vultu saties.
- 5 Tuesto nostrum gaudium,  
Qui es futurus præmium,  
Sit nostra in te gloria,  
Percuncta semper secula. Amen.

**H**ic versus dimetrum est iambicum, ex lexe tamē. Laudatur in eo Christi bonitas, eō quod pro nobis fuit natus, mortem passus, & quod ad inferna descendit, quod à mortuis surrexit, quod deinceps celos, unde venerat, repetitur, quod ut nos perducat, oramus. In 2.v. vt ferres. Esai. 53. Vere languores nostros ipse pertulit, & infirmitates nostras ipse portauit. Et Beatus Petrus de eo. 1.2. Qui peccata nostra in corpore suo pertulit super lignum, cuius liuore sanati sumus. In. 4.v. Ut mala nostra superes parcēdo. nam maior est eius in nos misericordia, quam peccatorum nostrorum grauitas. In 5.v. Qui es futurus præmium sic debet legi, non futurum, vt quidam habent codices, ut referatur ad pronomen qui, debet enim conuenire priori sustinuo, vt aqua est facta vinū, non factum: sic Christus futurus est præmium, non futurum præmium.

### In Ascensione ad Noct. Matut.

1 AEterne Rex altissime,  
Redemptor & fidelium,  
Quomors soluta deperit,

Datur

- Datur triumphus gratiae.  
 2 Scandens tribunal dexteræ  
     Patris, potestas omnium  
     Collata Iesu cælitus,  
     Quæ non erat humanitus.
- 3 Vt trina rerum machina,  
     Cælestium terrestrium,  
     Et inferorum condita,  
     Flectat genu iam subdita.
- 4 Tremunt videntes Angeli,  
     Versa vice mortalium,  
     Culpat caro, purgat caro,  
     Regnat Deus, Dei caro.
- 5 Tu esto nostrum gaudium,  
     Manens olympo præditum,  
     Mundi regis qui fabricam,  
     Mundana vincens gaudia.
- 6 Hinc te precantes quæsumus,  
     Ignosce culpis omnibus,  
     Et corda sursum subleua,  
     Ad te superna gratia.
- 7 Vt cum \* repente cœperis  
     Clarere nube iudicis,  
     Pœnas repellas debitas,  
     Reddas coronas perditas.
- 8 Gloria tibi Domine,  
     Qui scandis \* supersydera;

Kubentz

supra

Cum

Cum Patre, & sancto Spiritu,  
In sempiterna secula. Amen.

**D**ime-trum est iambicum, regulare, quanuis in quarto carmine secundi versus habeat pyrrhichium pro iambo. Octauus versus syllabarum tantum seruat numerum. Celebratur in eo gloria Christi Ascensio, qua supra omnes caelos exaltatus, nunc sedet ad dexteram Patris. Angelorum etiam venerabida admiratio describitur, qua stupuerunt humanam naturam in Christo super omnia exaltari. Deinde fit oratio supplex ad Christum, ut in die iudicij, in electorum sorte nos asciscat, & eterna corona ornet. In. 1. v. mors soluta. id est destructa. Era mors tua, o mors. Osee. 13. Quod per passionem, resurrectionem, ascensionemque cōpletum est, & triūphus gratiae datus, quoniam gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Ioā. 1. Qui insigni victoria triūphanuit de antiquo hoste. In. 2. v. hic erit ordo: O Christe rex aeternus, tu es scandens tribunal Patris; potestatem collata esse Iesu cælitus. id est à Deo Patre, non humanus; id est ab homine, secundum humanam naturam, nam secundum deitatem ab aeterno habebat. sumptum ex Matth. c. 28. Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. In. 3. v. sicut etat genu. ex Paulo ad Philip. 2. Propterea exaltavit illū Deus, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus in gloria est Dei Patris. In. 4. v. tremunt videntes Angeli. id est cū tremore veneratur Christum, dicentes cum Esaia: Quis est iste, qui venit de Edom tinet vestibus de Vofra? Et cum Regio Prophetæ: Quis est iste rex gloriae? & merito, nā tūc versa est sors, atq; cōditio mortalis. Pris nā; humana natura, & naturali cōditione, & peccati depressione lögē inferior erat angelica natura, in Christo vero eadē super omnes angelorum choros exaltata est, & ab Angelis adorata merito, ut que sit ad Patris dexteram collocata, & ideo aptè subiungitur caro

caro Adami culpam induxit, Christi caro nos à peccatis purgat.  
 Insuper ipsa Dei caro idest homo Deus regnat, nam humanitas  
 Christi deitati unita verè Deus est. In. 5. v. prædictum. honoratum  
 cælo, ut prædictus honore. Petimus in eo vt ipse Christus nostrum sit  
 cælestis gaudium, stabile, & perpetuum. In. 7. v. aliqui codices habent  
 rubente. id est micante, & flammæ speciem præferente, igne-  
 cente, iuxta illud. Matth. 24. Et videbunt filium hominis venientem  
 in nubibus cæli cum virtute, & gloria multa.

## In die Pentecostes ad Vesp. horas.

50.

- 1 Veni creator Spiritus,  
 Mentes tuorum visita,  
 Imple superna gratia,  
 Quæ tu creasti pectora.
- 2 Qui Paraclitus diceris,  
 Donum Dei Altissimi,  
 Fons viuus, ignis, charitas,  
 Et spiritualis uictio.
- 3 Tu septiformis munere,  
 Dextræ Dei tu digitus,  
 Tu rite promissum Patris,  
 Sermone ditans guttura.
- 4 Accende lumen sensibus,  
 Infunde amorem cordibus,  
 Infirma nostri corporis  
 Virtute firmans perpeti.
- 5 Hostem repellas longius,

Pacemque dones protinus,  
Ductore sic te prævio  
Vitemus omne noxiū.

6 Per te sciamus, da Patrem,  
Noscamus atque Filium,  
Tevtriusque Spiritum  
Credamus omni tempore.

7 Gloria Patri Domino *V. 2. Deo salmum*  
Natoque qui à mortuis *L. 3*  
Surrexit, ac Paraolito  
In seculorum secula. Amen.

*H*ic hymnus dimetri iambici legibus coérgetur. Tribuitur. *B. Ambrosio.* Fit in eo sancti Spiritus pia invocatio, ut corda nostra donis sue gratiae impleteat. *In. 1. v. quę tu creasti pectora.* id est, corda, & animas, nā Dei est propriū creare: Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terrae. *Psal. 103.* Et spiritus domini fecit me, & spiraculū omnipotētis vincificabit me. *Iob. 33. In. 2. v. multa ponuntur nomina, quibus Spiritus sanctus in sacra scriptura exprimitur: est enim Paraclitus, id est cōsolator, & adūcatus, qui nos in omni tribulacione consolatur, ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. ad Rom. 8. Dicitur donū Dei, quod ex gratiā bonitate sua diffundit in orbem. Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Dicitur fons viuus. *Ioan. 4. Aqua, quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam aeternā.* Appellatur ignis. *Luce. 12. Ignem veni mittere in terram.* & quid volo, nisi ut accendatur: hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant. *Ioan. 7. Nūcupatur charitas. Ioā. epist. 1. c. 4. De charitas est,* qui manet in charitate, in Deo manet. Appellatur spiritualis uincitio. *Ioā. 1. c. 2. Sed vos in cōfessione habetis à sancto, & nostis omnia.* *In. 3. v. dicitur. sc̄ptiformis, id est septemplici munere clarus, quo-**

nam septem sunt eius dona, sapientia, intellectus, consilium, fortitudo, pietas, scientia, ac timor Domini. Esaias, 11. Appellatur Digitus Dei. Exodi. 31. & Luc. c. 11. Dicitur. Promissum Patris. Cum autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre. Io. 14. 15. & Act. 1. Praecepit Dominus discipulis ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris, quam audistis, inquit, per os meum. Et Luc. 24. Vos autem sedete in civitate Hierusalem, quo ad usque induamini virtute ex alto. Sermone dicta gutura. Quoniam discipulis varia distributa sunt linguarum genera per Spiritum sanctum. Repleti (inquit Lucas) sunt omnes spiritu sancto, & cuperunt loqui variis linguis, pro ut spiritus sanctus dabant eloqui illis. Act. 2. In. 6. v. Te triusq; Spiritum. nam ab utroq; ineffabiliter procedit: proinde in sacris literis nunc Patris, nunc Filii Spiritus dicitur. Matthei. 10. Non enim estis vos, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Et ad Gal. 4. Emisit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra. A D D I T I O. digitus Dei. Exod. 21. Dedit quoq; Dns Moysi duas tabulas testimoniū lapideas, scriptas digito Dei, id est, spū sancto. Et Lucas. 11. Si digito Dei eiicio demonia. &c.

## In die Pentecostes ad Matut.

51.

Iam Christus astra ascenderat;

Gregorij.

Reuersus vnde venerat,

\*Promissum Patris munere

Promissa  
Patris mu-  
nera.

Sanctum daturus Spiritum.

2 + Solennis vrgebat dies, <sup>Pentecostes</sup>

Quo mystico septemplici,

Orbis volutus septies

Signat beatā tempora.

3 Cum hora cunctis tertia

Repente

Repente mundus intonat,  
Orantibus Apostolis  
Deum venisse nunciat.

4 De Patris ergo lumine  
Decorus ignis almus est,  
Qui fida Christi pectora  
Calore verbi compleat.

5 Impleta gaudent viscera,  
Afflata sancto Spiritu,  
Voces diuersas intonant,  
Fantur Dei magnalia.

6 Ex omni gente cogniti,  
Græcis, Latinis, Barbaris,  
Cunctisque admirantibus,  
Linguis loquuntur omnium.

Iudæa tunc incredula,  
Vesana toruo spiritu,  
Ructare musticrapulam  
Alumnos Christi concrepat.

8 Sed signis & virtutibus  
Occurrit, & docet Petrus  
Falsa profari perfidos,  
Ioële teste comprobans.

**C**armen est dimetrum iambicum, claudicat tamen aliquibus in locis. Narrat mysteria, que in sancti Spiritu missione facta sunt, ut habetur Act. c. 2. unde hec petra sunt, In. 1. v. carm. 3. alijs codices habet promissa Patris munera. & fortasse melius. Ego rogabo

rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis. Ioan. 14. Et iterum. Cum  
 venerit Paraclitus, quem ego vobis mittam a Patre. c. 15. In. v. Solenis  
 vngebat dies, instabat, & appropinquabat dies Pentecostes,  
 qui solenis, & celebris erat multis de causis: significabat enim tempus  
 legislationis, quae data fuit quinagesimo die ab egressi filiorum Is-  
 rael de Aegypto. Exo. 19. quod figura erat missionis Spiritus sancti.  
 Signabat etiam illa tempora beata anni Jubilei quinquagesimo anno ce-  
 lebrati apud Iudeos: Numerabis quoque tibi septem hebdomadas anno-  
 rum, id est septies septem, que faciunt simul quadraginta nouem sanctifica-  
 biles, annum quinquagesimum, ipse enim erit Jubileus. Illo itaque die  
 mystico, id est sacra significare mysteria, & septemplici. hoc est,  
 septem vicibus replicato, orbis caelestis revolutus septies significat sa-  
 cra tempora Pentecostes. Nam si septenarium dierum numerum seipsum re-  
 duxeris, conficit quadraginta nouem dies, quibus si addatur unitas co-  
 summatrix perfectionis, protinus surgit quinquageneri numeros,  
 sacramento missionis Spiritus sancti consecratus. In. 3. v. mūdus.  
 id est celum aer: Factus est repente de calo sonus. Actor. 2. In. 4. v.  
 compleat. non complevit, ut quidā habent codices. In. 5. v. afflato.  
 non afflatu, ut quidā legunt, nam & hic, & illic claudicaret casu.  
 Ibi magnalia. id est magna mysteria, mirabilia opera, in sacra ta-  
 tu scriptura non alibi. In. 6. v. cogniti. Apostoli sue discipuli per  
 intelligentia sermonis, nam unusquisque audiens illos loquentes lin-  
 gua sua. In. 7. v. cultare crapulā non crapula, nā ruclare hic ver-  
 bū alioqui absolutum, capit, pro ruclido emittore, & verbum cum  
 mutat significationē, mutat etiam constructionem. crapula. Voca  
 bulum est Græcum, significat capitis luctu, & agitationem, quando ex  
 violentia caput tremit, & vertigine laborat, usurpatum pro omni  
 noxa ex vino facta. v. 8. toelis verba sunt. c. 2. Post hanc effundi Spi-  
 ritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filii vestri.

## Ad Laudes in die Pentecostes.

- Annireduxit orbita;  
Cum Spiritus Paraclitus  
Effulsit in discipulos.
- 2 Ignis vibrante lumine  
Linguæ figuram detulit;  
Verbis ut essent proflui,  
Et charitate feruidi.
- 3 Linguis loquuntur omnium,  
Turbæ paudent Gentilium,  
Musto madere deputant,  
Quos Spiritus repleuerat.
- 4 Patrata sunt hæc mysticè,  
Paschæ peracto tempore,  
Sacro dierum numero,  
Quo lege fit remissio.
- 5 Tenunc Deus piissime  
Vultu precamur cernuo,  
Illapsa nobis cælitus.  
Largire dona Spiritus.
- 6 Dudum sacrata pectora  
Tua replesti gratia,  
Dimitte nostra crimina,  
Et da quieta tempora.
- 7 Gloria Patri Domino.

**C**armen est dimetru iambicum orthometrum. Hilarius auct  
or. Commemorantur in eo mysteria diei Pentecostes. Orat  
Deum.

Deum, ut nobis Spiritus sancti dona largiatur benigniter. In. 1. v. orbita summitur metaphoricè, pro revolutione temporū. In. 2. v. ignis. Quoniam in hoc die apparuerunt Apostolis disparitatem linguae tanquam ignis. Acto. 2. In. 3. v. vidēdus Lucas. Actr. 2. In. 4. v. denotierum numero. Lucas. Acto. 2. de quibus in hymno superiori dīctum est. In. 4. v. remissio. Quido fiebat debitorum servitorum, contractorū remissio. Lenit. 25. Quod figura erat remissoris peccatorum in Spiritus sancti missione. In. 5. v. datius ille nobis pēdet à largire, nō ab illapsa, nā si dona sancti Spiritus forent nobis illapsa: non erat expectandum, ut Deus nobis illa largiretur. Intelligamus ergo, dona illapsa Apostolis in Spiritus sancti missione die pēccostes. In. 6. v. dudum hic pro olim, & quondam, non pro breui tempore accipitur.

## In Feste Trinitatis ad Vesp. horas.

53.

1      O lux beata Trinitas,  
Et principalis vñitas,  
Iam sol recedit igneus,  
Infunde lumen cordibus.

2      Temane laudum carmine,  
Te deprecemur vespere,  
Te nostra supplex gloria  
Per cuncta laudet secula.

3      Deo Patri sit gloria,  
Eiusque soli Filio,  
Cum Spiritu Paraclito  
Et nunc, & in perpetuum, Amen.

**H**ie hymnus canitur in diebus Ferialibus ad Vesper. horas dies  
Sabbati, illic videbis, est hymnus numero. 27.  
**In festo Trinitatis ad Matut.**

54.

- 1 Summe Deus clementia,  
Mundique factor machinæ,  
Vnus potentialiter,  
Trinusque personaliter.
- 2 Da dexteram surgentibus,  
Exurgat ut mens sobria,  
Flagrans, & in laudem Dei  
Grates rependat debitas.
- 3 Gloria Patri Domino,  
Gloria Vnigenito,  
Vna cum sancto Spiritu  
In sempiterna secula. Amen.

**P**rimus versus huins hymni Ambrosianus est. Canitur ad Matutinum die Sabbati, est. 19. numero, de quo illic dictu est. Tertius versus ab Ecclesia est additus. In. 2. v. continetur invocatio ad Deum, ut largiatur nobis suam gratiam.

**In Festo Trinitatis ad Laudes.**

55.

- 1 Tu Trinitatis vnitas,  
Orbem potenter qui regis,  
Attende laudum cantica  
Quæ excubantes psallimus.
- 2 Ortus refulget lucifer,

Spar-

Sparsamque lucem nunciat,  
Cadit caligo noctium,  
Nox sancta nos illuminet.

3 Deo Patri sit gloria,  
Eiusque soli Filio,  
Cum Spiritu Paraclito  
In sempiterna secula. Amen.

**D**e primo huius hymni versu, qui canitur etiam ad Matutinā Feria. 6. Iam illic dictum est. Laudatur hic Beata Trinitas, & inuocatur, per quam mundus regitur, precaturque, ut aduentante luce gratiam nobis largiatur: nam lucifer, stella est illa matutina, quæ solis exortum suo splendore, ut nūcius, præuenit, & cælū nocturna caligine purgat. In caligo spondeus est pro iambo. 2. loco. De primo versu dictum est in hymno. 37.

## In Festo Corporis Christi ad horas Vespertinas.

56.

Pangelingua gloriosi  
Corporis mysterium,  
Sanguinisque pretiosi,  
Quem in mundi pretium  
Fructus ventris generosi  
Rex effudit gentium.

2 Nobis natus, nobis datus  
Ex intacta Virgine,  
Et in mundo conuersatus,  
Sparso verbi semine,

Sui mōras incolatus  
Miro clausit ordine.

3 In supremæ nocte cœnæ  
Recumbens cum fratribus  
Obseruata lege plenè  
Cibis in legalibus,  
Cibum turbæ duodenæ  
Se dat suis manibus.

4 Verbum caro, panem verum  
Verbo carnem efficit,  
Fitque sanguis Christi merum,  
Et si sensus deficit,  
Ad firmandum cor syncerum,  
Sola fides sufficit.

5 Tantum ergo Sacramentum.  
Veneremur cernui,  
Et antiquum documentum  
Nouo cedat ritui;  
Præstet fides supplementum  
Sensuum defectui.

6 Genitori, Genitoque  
Laus, & iubilatio,  
Salus, honor, virtus quoque  
Sit, & benedictio,  
Procedenti ab utroque  
Compar sit laudatio. Amen.

Carmen

**C**armen est Alcmanio atq; Euripidio pede alternatim decurrens,  
 miroq; artificio compositum: nam cum cuiusq; versus sim sex  
 carmina. 1.3. & 5. eundem habent syllabarum numerum, & consi-  
 milis dictionis terminalis exitum, unumquodq; illorum octo ha-  
 bet syllabas quarum duæ postremæ in unum consonat in omnibus.  
 Secundum, quartum, & sextum, mutuum etiam ad inicem habent  
 responsum, & in syllabus numero, nam quodcunq; illorū septē  
 habet syllabas simili terminacione, penultima, cum penultima, &  
 ultima cum ultima, in eos syllabarum numeri, & rythmi tantum ha-  
 betur ratio, nulla alia servata lege. Aliqui ascribunt. B. Thomae  
 Aquinatis, quem ad petitionem Vibani IIII. Pontificis suorum, officium  
 de sanctissimi corporis Christi sacramento, & pie, & eleganter co-  
 posuisse, dicunt. Alij Fortunati Episcopi esse cœsent. Describitur hic  
 prima instututio sacrissimi mysterij sancte Eucharistie a Christo  
 facta: pia preterea exhortatio ad honorandum hoc dignissimum sacra-  
 mentum. In. 1. v. Rex effugia gen. id est Christus, qui est fructus inteme-  
 ratae Virginis. Dabo tibi gentes (ait Pater ad Filium) hereditatem tuam,  
 & possessionem terrae. Psal. 2. Et iterum Regnabit Deus  
 super gentes. Psal. 46. Et Ierem. 10. Quis non timebit te o Rex gentium.  
 In. 2. v. Sparso ver. sem. id est predicatione legis Euangelicae. Ni  
 semper est verbum Dei. Luce. 8. incolatus. id est habitationis ab in-  
 colo, habito. Hunc mihi quia incolatus meus prologatus est. Psal. 119.  
 Clausit itaq; Dominus noster tempus illud trinita trium annorum,  
 quo inter homines versatus est, miro ordine, scilicet, ministrando, fa-  
 ciendo, docendo, patiendo, in sacramento institutione, mortis deniq;  
 passione pro totius mundi redēptione. In. 3. v. Recumbens cum  
 fratribus, id est discipulis eo. n. nomine admirabile dignationis eos  
 appellabat Christus. Psal. 21. Narrabo nome tuum fratribus meis. Et in  
 Evangelio multis locis Mat. 28. Ite, nuntiate fratribus meis. Et va-  
 de a filiis, Ioa. 20. Obseruata lege, non vobis solvere legem, sed ad  
 implere. Mat. 5. cibis in legalibus. Exodi. 12. In 4. v. Verbum caro  
 panem verum sensus est. & propterea filius dei factus homo verum panem, que  
 sit ille

in manibus suis accepit, efficit carnem corporis suum id quod ante benedictione fuit verus panis, conuertit in suam carnem, et corpus sacratissimum. Verbo. id est, prolatione verbi dicens: Hoc est corpus meum. Matt. 26. Marci. 14. Luca. 22. In. 5. V. antiquum docu-  
mentum. id est, vetus testamentum. nouus ritus, nouum testamentum so-  
la fides sufficit, formata, charitate imbuta, viua simul cum operibus.

## In Festo Corporis Christi, ad Matu- tinas horas.

57.

1. **S**acris solenniis iuncta sint gaudia,  
Et ex præcordiis sonent præconia,  
Recedant vetera, noua sint omnia,  
Corda voces & opera.
2. **N**octis recolitur cœna nouissima,  
Qua Christus creditur agnum & azyma.  
Dedisse fratribus, iuxta legitima  
Priscis indulta patribus.
3. **P**ost agnum typicum expletis epulis,  
Corpus Dominicum datum discipulis,  
Sic totum omnibus, quod totum singulis  
Eius fatemur manibus.
4. **D**edit fragilibus corporis ferculum,  
Dedit & tristibus sanguinis poculum,  
Dicens accipite, quod tradō vasculum,  
Omnes ex eo bibite.
5. **S**ic sacrificium istud instituit,  
Cuius officium committi voluit

Solis

Solis presbyteris, quibus sic congruit,

Vt sumant, & dent cæteris.

- 6** Panis angelicus fit panis hominum,  
Dat panis calicus figuris terminum,  
Ores mirabilis manducat Dominum  
Pauper, seruus, & humilis.

- 7** Te trina deitas, vnaque poscimus,  
Sic nos tu visita, sicut te colimus,  
Per tuas semitas duc nos quo tendimus  
Ad lucem, quam inhabitas. Amen.

**C**Armen est Asclepiadæ mixto Glyconico, illud habet duodecim syllabas, hoc octo. Asclepiadæum constat ex spondeo, dactylo, & semipede, deinde duabus dactylis. Glyconicum habet spondeum & duos dactylos, illorum tamen leges hic hymnus non seruat, sed syllabarum tantum numerum, rhythma quadam obseruata consonantia in ipsorum carminum fine, in tribus quibusque primis carminibus, nam quartum liberum est, nulli enim respondet. Autor B. Thomas Aquinas. Fit in eo mentio institutionis sanctissimi Sacramenti Eucharistie, ut hymno superiori. In 1. V. solennia. orum. in vsu Ecclesiastico dumtaxat inuenitur, receptumque est. Scribitur per n. in secunda syllaba, non per m. nam componitur a verbo solet, & annus. In 2. v. indulta. id est traditiones, nam indulgere, cum actuum est, dare significat, siue tradere, & accusatum cum datuо exigit. priscis patribus. Moysi, Aaron, & filiis Israel. In 3. v. agnum typicum. id est agnum illum paschalē, quem secundum legis Mosaicæ ritum cum discipulis manducavit Dominus, antequam sacramentum sui sanctissimi corporis institueret, qui dictus est typicus, hoc est figuratus, quoniam hic agnus figura erat ipsius veri agni Christi, pro totius mundi salute in area crucis immolandi. Sic totum omnibus, quod totū

singulis quoniam singuli discipuli acceperunt totū Christi corpus,  
 & integrum. Omnes omnino idem totum. & integrum sumpserunt:  
 ut sit etiam modo: nō quicunq; sacram communionē accipiūt,  
 totum corpus accipiunt. In. 4. v. Dedit fragilibus cor. fer. erat  
 tūc tēporis discipuli fragiles, infirmi, timidi, nō omnes eum relique-  
 runt, & ipse Petrus negavit. Erant insuper tristes ob malum immi-  
 nens, ut Euangeliste testitur, Matth. 26. Lucas. 22. Ioan. 18. In. 5. v.  
 presbyteris. presbyter vocabulum Græcū est, significatq; senex.  
 Grandior aeo: nunc tamen sacerdotem significat ex usitam re-  
 cepto, qui conficiendi Eucharistiae sacramenti habet officium: & re-  
 cētē hoc nomine virunq; significatur, & senilis aetas, & sacerdotiū,  
 eo quō l deceat sacerdotes maturos esse aetate, & virtute consumma-  
 tos ad execundum tantum sacramentum. Olim nemo recipiebat  
 presbyteratus ordinem ante annos triginta. d. st. 77. c. Episcopus. In  
 6. v. Panis Angelicus. de manna, quod erat huius panis super cœ-  
 lestis symbolum, ait Psalm. st. i: Panem Anglorum mānucauit ho-  
 mo. Psal. 77. Et Ioan. 6. Ego sum panis verus, qui de celo descēdi. In  
 7. v. Per sacramenta ecclasiastica, & gratiarū charismata, per tua-  
 rum mandatorum obseruantiam duc nos quo cendimus, ad summū  
 bonum, ad te ipsum, qui es lux increata & immensa, in te ipso per-  
 severans, qui habitas lucem inaccessibilem.

## In Fēsto Corporis Christi, ad Laud.

58.

- 1 Verbum supernum prodiens,  
 Nec Patris linquens dexteram,  
 Ad opus suum exiens,  
 Venit ad vitā vesperam. *in ultima statim di*
- 2 In mortem à discipulo  
 Suistradendus æmulis,  
 Prius in vitā ferculo

Se

Se tradidit discipulis.

3 Quibus sub bina specie

Carnem dedit, & sanguinem,

Vt duplicitis substantiae

Totum cibaret hominem.

4 Se nascens dedit socium,

Conuescens in edulium,

Se moriens in pretium,

Se regnans dat in præmium.

5 O salutaris hostia,

Quæ cæli pandis ostium,

Bella premunt hostilia,

Da robur, fer auxilium.

*2 mundus, caro, et  
gloria, quæ di des  
la modicent exulta*

6 Vni trinoque Domino

Sit sempiterna gloria,

Qui vitam sine termino

Nobis donet in patria. Amen.

*C*armen est dimetrum iambicum, syllabarum tantum numerum seruans, alioqui cacometrum, idem argumetum, quod in hymno superiori. Deinde fit invocatio ad ipsum sacramentum. De fine imparium & parium carminum, non est opus admonitione. In i.v. verbū supernum prodiens. id est, Filius Dei, qui ita produxit à Patre, sumpta humana natura, ut Patris sinum non relinqueret, Vnigenitus qui est in sinu Patris, ipse enarravit, Joan. c. 1. Philip-pe, qui me videt, vedit Patrem, nescis quia ego in Patre, & Pater in me est, idem Joan. c. 14. Idem Dei verbum exiit ad opus suū, quando secundum Patris beneplacitū legem Evangelicam annuncianuit mādo, & humani generis operat̄ est salutē in medio terræ. Psa. 73. Venit ipse deniq; in vita respera, hoc est, ultima aetate, mudi iuxta illud.

illud Paulinum ad Galat. 4. Quando venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum, vel venit ad vitæ vesperam, quando ipse sua propria voluntate tradendus erat hora ab ipso præordinata in mortem, pro redemptione nostra. In. 2. v. ferculo. ferculum dapes sunt, quod ferantur in mensam. In. 3. v. duplicitis substantiæ. scilicet, panis & vini. que maxime corpus reficiunt. In. 5. v. bella præmunt hostilia. præcipue spiritualia, mundus, caro, & demona diuersa mouent prælia, contra que præcipuum est munimentū, & presilium Sacra Eucharistia, in qua verè continetur Dominus potens in bello, Dominus virtutum, & rex glorie. Psal. 23. Et Apostolus Ephes. 6. Induite vos armaturam Dei, ut positis stare aduersus insidias diaboli, quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitie in Cœlestibus. 6. v. in patria. in cœlis, nam in hac vita peregrini sumus & aduenæ. ad Hebreos. 11.

## In Festo Cathedræ S. Petri ad hor. Vesp.

59.

- 1 Quodcunque vinclis super terram strinxeris,  
Erit in astris religatum fortiter,  
Et quod resoluis in terris arbitrio,  
Erit solutum super cœli radium,  
In fine mundi iudex eris seculi.
- 2 Gloria Deo per immensa secula,  
Sit tibi Natus decus, & imperium,  
Honor, potestas, Santoque Spiritui,  
Sit Trinitati salus indiuidua,  
Per infinita seculorum secula. Amen.

**C**Armen est trimetru iambicum, siue senariu. Currunt locis imparibus, hoc est. 1. 3. 5. spondeo, vel iambus, paribus autem. 2. 4. 6. iambus, ab hac tamē lege longē hic hymnus abest. Autor est Elpis Ut fertur Boëtij Seuerini uxoris. Laudat B. Petrum, potestate maxima illi à Christo tradita. Ait enim Matth. 16. Tibi dabo claves regni celorum, & quodcumq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcumq; solueris super terram, erit solutum & in cælis. Hinc est, quod ianitor, & claviger cæli dicitur. radium. splendorem, nam tota mundana congeries solis radiis illustratur. eris iudex seculi. Matth. 19. Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, sedebitis & vos iudicantes duodecim tribus Israel.

## In festo S. Petri ad Laudes.

60.

- 1 Iam bone pastor Petre clemens accipe  
Votū precantum, & peccati vincula  
Resolute, tibi potestate tradita,  
Qua cunctis cælum verbo claudis, aperis.
- 2 Sit Trinitati sempiterna gloria,  
Honor, potestas, atque iubilatio,  
In unitate, cui manet imperium,  
Ex tunc, & modo per æterna secula. Amen.

**C**Armen est quale superius, idem argumentum, atque autor.  
Vide in Aurea luce. Hymno. 64.

## In Nativitate B. Ioan. Baptistæ. ad Vesperas.

61.

- 1 Ut quicquid laxis resonare fibris  
Mira gestorum famuli tuorum,

Solue

Solue polluti labij reatum

Sancte Ioannes.

2 Nuncius celso veniens olymbo,  
Te patri magnum fore nasciturum,  
Nomen, & vitæ seriem gerendæ  
Ordine promit.

3 Ille promissi dubius superni,  
Perdidit promptæ modulos loquelæ  
Sed reformasti genitus peremptæ  
Organa vocis.

4 Ventris obstruso recubans cubili  
Senserat Regem thalamo manentem,  
Hinc parens nati meritis vterque  
Abdita pandit.

5 Gloria Patri genitæque proli,  
Et tibi compar vtriusque semper  
Spiritus alme, Deus vnu omni  
Tempore secli. Amen.

Carmen est sapphicū cum adonio, orthometrum. Predicatur in Beati Ioannis conceptus ē cælo denunciatus, exultatio in utero matris, linguae paternæ reseratio, propheticæ excellētia. Aliqui ascribūt Paulo Diacono Longobardorū historiographo, quē synanche, id est, angina laborantem hunc hymnum composuisse dicūt in B. Ioannis festo, vt eius meritis & intercessione à Domino salutem acciperet. De vt. re. mi. fa sol. la. que in tribus versiculis ponuntur, casu ne factum sit, an consilio, viderint alijs. Hoc verisimile est, allusum fuisse ad illud Esaiæ. 6. Et dixi, vnde mihi, quia tanq; quis vir pollutus sum ego à labiis, & in medio populi polluta labia habevis ego habitio. Et ad illud Ecclesiastī. 15. Nō est preciosa laus in ore peccatorum.

peccatoris. In. 2. v. Te patri magnū fore nasciturū. Totū hoc sumptum ex Luce Euāgeliō. c. 1. qui videndus est. In. 3. v. modulos loquelæ vocem articulatā, nam amiserat vocem in consonantibus, quas formare nō poterat Zacharias sacerdos, ut Nicolaus Lyranus refert ex Beato Ambroſio, idque mystice, ut ait venerabilis Beda. Regale siquidem sacerdotium ceremoniarum typis, quasi mutarum literarum figuris nascenti grātia Euāngeliū testimoniūm perhibebat. Igitur linguam Zachariae, quam incredulitas vinxerat, fides octauo die resoluit, cum circuncideretur puer. In. 4. v. legendū est obtruso. nō obtruso, nam obstrudere est occultare, sed obtrudere sine, significat per vim aliquid alieni ingerere, & quasi cōtra trudere. Senseras Regē thalamo manentē. Cū sacrosancta Virgo Maria Zacharie domum ingressa salutauit Beata Elisabeth, exultauit infans in vtero eius, sensu que Regem Christum thalamo virgineo recondiū, ac presentem, vterque parens abdita pandit. Zacharias, cum in circuncisione filii, repletus Spiritu sancto prophetauit, dicens: Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit & fecit redēptionem plebis sue: Elisabeth vero, cum a Beatissima Dei matre visitata, Spiritu sancto repleta, clamauit voce magna, dicens: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, & unde mihi hac, ut veniat mater Dñi mei ad me? & benedicta quae credidisti, quoniam perficiuntur in te, ea quae dicta sunt tibi a Domino. In. 2. v. olympos. olympus mōs est Macedonie altissimus, hic capitur pro celo empyreō, id est, igneo, ab excellenti splendore sic rotato, nam holos tatus est, lampo, splendeo, quasi totus splendens.

## In eodem Feste ad Noct. Matut.

62.

Antra deserti teneris sub annis  
Cluium turmas fugiens petisti,

Ne

Nelui saltem maculare vitam

Venit  
Famine posses.

- 2 Præbuit hirtum tegumen camelus  
Artibus sacris, Itrophium bidentes,  
Cui latex haustum, sociata pasum  
Mellalocustis.
- 3 Cæterit tantum cecinere vatum  
Corde præsago, iubar affuturum,  
Tu quidem mundi scelus auferentem  
Indice prodis.
- 4 Non fuit vasti spatum per orbis  
Sanctior quisquam genitus Ioanne,  
Qui nefas seclim eruit lauantem.  
Tingere lymphis.

**H**ic hymnus pars est superioris. Celebratur in eo Ioannis Baptiste habitatio in deserto, austeritas in vietu, & amictu, spiritus propheticus & excelles, Christi baptismus, clauditur laude Trinitatis. In. 2. v. primo carmine, sede secunda est iabu pro spodeo poterat corrigi, si pro hirtu esset duru. In. 1. v. antra deserti. Ex Beato Luc. c. 1. in fine: Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu, & erat in deserto usq; in diem ostensionis sue ad Israel, id faciebat, ne posset famine leui. id est verbo, atq; sermone, à faris vel fare, vitam suam maculare ex cotidiana populi consuetudine. Nā qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. Eccles. 13. Et qui communicauerit superbo, induet superbiam. In. 2. v. præbuit hirtum. Ipse Iohannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliccam circa lumbos eius, & sca autemeius erant locustæ, & mel sylvestre. Matth. c. 3. & Mrc. 1. tegumen, tegimen, tegmen, & tegumentum est ipsi iudicavit rego hirtum, est hirsutu, hispidum, pilosum,

& villosum. strophium. à strepho. verto. est fascia pectoralis,  
 quæ virginalem tumorem papillarum cohicit, hoc loco capitur pro  
 cingulo, & zona, quod corpus stringat, & coercent, quoniam zo-  
 nam pelliceam Ioannem habuisse Euangelista testatur: huius hym-  
 ni autor, ones eam prebussisse, ait. De bidentibus. Gellius est viden-  
 dius. lib. 16. c. 6. De locustis animalibus quibus Ioannes utebatur,  
 Plin. l. 11. c. 29. B. Hieronymus li. 2. contra Iouianum, tom. 2. ubi  
 sit Orientales, & Lybie populos locustis solitos esse vesci, idem tra-  
 dit Plinius loco citato de Parthis: at qui locusta inter animalia mun-  
 da numeratur, Leuit. c. 11. v. 3. Cæteri tan. cc. va. Ecce agnus Dei,  
 qui tollit peccata mundi. Ioan. i. Alij venturum Christum pronun-  
 ciaverunt, Ioannes digito ostendit. Et Ioannes non solum propheta,  
 sed plusquam propheta fuit, quo maior inter prophetas nemo na-  
 tus est. Matth. 11. prælagum, est præcium futurorum significati-  
 um. iubar. Christus dicitur, qui est lux vera, quæ illuminat o-  
 minem hominem venientem in hunc mundum. Ioan. i. De qua Psal.  
 43. Exortum est in tenebris lumen rectis corde, misericors, & mi-  
 serator, & iustus Dominus. In. 4. v. videndus Matth. c. 11. De baptis-  
 mo Iesu omnes Euangelistæ Matth. 3. Marc. i. Luc. 3. Ioan. i.

### In eodem festo ad Laudes.

63.

- 1 O nimis felix, meritiq[ue] celsi,  
     Nesciens labem niuei pudoris,  
     Præpotens martyr, eremique cultor,  
         Maxime vatum.
- 2 Serta terdenis alios coronant,  
     Aucta clementis, duplicata quosdam,  
     Trina centeno cumulata fructu  
         Te sacer ornant.
- 3 Nunc potens nostrimeritis opimis

Pectoris duros lapides repelle,  
Asperum planans iter, & reflexos  
Dirige calles.

4 Ut pius mundisator, & redemptor  
Mentibus pulsaluuione puris,  
Rite dignetur veniens, sacratos  
Ponere gressus.

5 Laudibus ciues celebrant superni  
Te Deus simplex, pariterque trine,  
Suplices & nos veniam precamur.  
Parce redemptis. Amen.

**E**t hic hymnus est pars illius, ut queant laxis reso. Et c. In. 1. v.  
car. 3. anapestus est pro dactylo, tertio lcco. nimis. pro valde-  
ram omnia nimis sunt vitiosa, & nihil est omnium rerū, in quo nō  
queat peccari nimietate, præterquam in amore Dei. In. 2. v. Serta  
terdenis. Tricesimus fructus c. niugatis, sexagesimus viduis, cente-  
simus virginibus, à sacris autoribus est accommodatus. Huc facit illud  
Matt. 13, de triplici semini iacti in terrā banā prouētu, aliud enim  
fructū tricesimū, aliud sexagesimū, aliud verò ceterū protulisse  
fructū perhibetur. In. 3. v. meritis opimis. idest magnis. & præcla-  
ris, unde opima spolia, quæ dux duci detrahebat. & quonia B. Ioannis  
merita sunt eximia, & copiosa, merito opima appellatur, duros la-  
pides pectoris. idest, aufer à nobis cor lapideū. & durū, daq; cor  
carneū. & molle, secundū illud Ezech. 11. Et auferā cor lapideū de  
carne eorū, & dabo eis cor carneū. Asperum, pla. iter. allusum  
est ad oraculū Esaiæ. c. 40. de Beato Ioāne dictum, & teste Luca in  
eo cōpletum. c. 3. Et erūt praua in directa, & affera in vias planas.  
In. 4. v. luumione. idest, labē, illuuiet vitiorum. dignetur veniens  
sacratos ponere gressus. precatur, ut ipse Deus mundi conditor,  
& saluator dignetur ad mītes nostras venire puras, & peccatis ex-  
puigatas.

Purgatas, ut promisit. Ioan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & man- sionem apud eum faciemus.

## In festo Apostolorū Petri & Pauli.

64.

### 1 Aurea luce, & decore roseo

Lux lucis omne perfudisti seculum,  
Décorans calos inclyto martyrio  
Hac sacra die, quæ dat reis veniam.

### 2 Ianitor cali, doctor orbis pariter, Iudices seculi, vera mundi lumina, Per crucem alter, alter ense triumphans, Vitæ senatum laureati possident.

### 3 O felix Roma, quæ tantorum principum Es purpurata precioso sanguine. Non laude tua, sed ipsorum meritis Excellis omnem mundi pulchritudinem.

**T**rimetrum est iambicum syllabarum tantum numerum ser- uas. Autor eius Elpis Seuerini Boetij & xor cœsetur, sœmina sa- ris docta & pia. Laudatur in eo Christi diuina bonitas, quod totum mundum beatorū Apostolorum Petri, & Pauli gloria, ac splendore il- lustravit, Deinde celebrantur ipsorum præconia coniunctim, & dia- sim. In. 1. lux lucis, id est Christus super omniem lucem, cum cor- poralem, ium spiritualem, qui mundum perfudit fulgida luce doctrine Apostolice, & purpureo martyrij colore. Hi enim qui hic celebrantur, & doctrinæ Euagelice predicatores fuerunt, & martyrij coronam meruerunt. Cælorū nomine hic aptè intelliguntur Apo- stoli, quia ita dignitate. Ceteros homines saperant, ut cælum terra prestatibilius est. Hinc Psalm. 18. Celi enarrant gloriam Lei. In. 2. Vi-

iudices seculi. Amen dico vobis, quod sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Matth. 19. Quod fuerint lumina mundi ex Matt. 5. Vos estis sal terræ, vos estis lumina mundi. Petrus cruci fuit affixus, Paulus gladio obtruncatus, senatoribus regni cœlestis sunt ascripti. In. 3. v. purpurata. decorata, adornata, nam color purpureus sanguineo colori est vicinus, & propinquus.

## In eodem Festo ad Laudes.

65.

- 1 Iam bone pastor Petre clemens accipe  
Vota precantium, & peccati vincula  
Resolute, tibi potestate tradita,  
Qua cunctis cælum yerbo claudis aperis.
- 2 Doctor egregie Paule mores instrue,  
Et mente polum nos transferre satage,  
Donec perfectum largiatur plenius,  
Euacuato quod ex parte gerimus.
- 3 Sit Trinitati. *vt supra.*

**H**ic hymnus pars est superioris. In. 1. v. potestate tradita.  
Tibi dabo claves regni cælorum. Matth. 16. In. 2. v. O Paule  
qui in tertium vsq; cælum raptus fuisti. 2. ad Corint. 1. & ibi audisti  
arcana Dei, que non licet homini loqui, enitere, atque labora nos  
tuos famulos in cælum subuehere, ut terrenis curis abiectis, cæle-  
stia tantum meditemur. donec perfectum lar. ple. nam nunc  
ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem  
venerit, quod perfectum est, evanescabitur, quod ex  
parte est. Nunc cognoscimus ex parte tunc  
cognoscam, ut cognitus sum  
2. ad Corinth. 13.

In

In festo S. Mariæ Magdalena ad  
Vesper. hor.

66.

- 1 Lauda mater Ecclesia,  
Lauda Christi clementiam,  
Qui septem purgat vitia,  
Per septiformem gratiam.
- 2 Maria soror Lazari,  
Quæ tot commisit crimina,  
Ab ipsa fauce tartari  
Redit ad vitæ limina.
- 3 Post fluxæ carnis scandala,  
Fit ex lebete phiala,  
In vas translata gloriæ,  
De vase contumeliæ.
- 4 AEgra currit ad medicum,  
Vas ferens aromaticum,  
Et à morbo multiplici  
Verbo curatur medici.
- 5 Surgentem cum victoria  
Iesum videt ab inferis  
Prima meretur gaudia,  
Quæ plus ardebat cæteris.
- 6 Vni Deo sit gloria,  
Pro multi formi gratia,

Qui culpas, & supplicia  
Remittit, & dat præmia. Amen.

**C**armen est dimetrum iambicum, sed male mensuratum.  
Laudatur in eo B. Maria Magdalena, ob salutarem pœnitentiam, quam post mundi illecebras egit: de quo videndus est B. Luc. c. 7. In. 1. v. Qui septem purgat vitia. Eiecerat Dominus Iesus ab ea septem demonia, id est, septem peccata mortalia, secundum sanctos doctores, quæ purgavit per septem dona Spiritus sancti, vel per septem virtutes, quæ septem illis virtutis capitalibus opponuntur.  
In. 3. v. Fit ex lebete phiala, id est, ex vase contumelie, vas honoris. In magna autem domo non solum sunt vasæ aurea, & argentea, sed & lignea, & fictilia, & quedam quidem in honorem, quedam vero in contumeliam. lebes. vas est æneum, at phiala plurimum ex auro conflatur, de qua elegans est distichon apud Martialem. li. 14. Quanvis callaico rubcam generosa metallo, glorior arte magis, nam meus iste labor.

### In eodem Festo ad Matutinum.

67.

1. Nardi Maria pistici.  
Sumpfit libram mox optimi,  
Vnxit beatos Domini  
Pedes, rigando lachrymis.  
2. Honor, decus, imperium  
Sit Trinitativnicæ,  
Patri, Nato, Paraclito,  
Per infinita secula.

**D**iametrum est iambicum, ecclæs tamen. Aliqui ascribunt Paulino Episcopo. Primus versus partim sumptus est ex c. 14. Marci, dicentis: Et cum esset Bethanie, in domo Simonis leprosi, & recumberet, venit mulier habens alabastrum vnguenti nardi pistici pretiosi, & fracto alabastro effudit super caput eius. Partim ex Luce. c. 7. ubi ait: Et ingressus domum Pharisæi accubuit, & ecce mulier quæ fuerat in ciuitate peccatrix, ut cognouit, quod accusasset in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti, stansque ad pedes eius à tergo flens lachrymis caput rigare pedes eius. & capillis capitum sui extergebatur, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. De nardo fruticè odoriferò videndus est Plinius lib. 12. c. 12. est generis fœminini, masculini generis non inuenies, ni fallor, ac nardum neutrius est generis, pisticam Laurentius in Marc. c. 14. existimat vocari probatam, & spectatam, arguens. D. Augustinus, qui in Euangeliū Ioannis tractatu. 50. homo. 9. putat dictam esse à loco pisticam. Vt cunque sit, allusum videtur ad fidem Christianam, è quod Græce. pistis. fides dicitur. Theophilatus in Marci. cap. 14. sic ait: De nardo pistica scias, quod est species quedam nardi, quæ pistica dicitur, vel quod sit sincera, & non adulterata, vel cum fide confecta.

### In eodem festo ad Laudes.

68.

1 AEterne Patris vnicæ,

Nos pio vultu respice,

Qui Magdalenam hodie

Vocas ad thronum gloriæ.

2 In thesauro reposita

Regis est drachma perdita,

Gemmaque luce inlýta

De luto luci reddita.

**3** Iesu dulce refugium

Spes vna pœnitentium,  
Per peccatricis meritum  
Peccati solue debitum.

**4** Pia mater, & humilis,

Naturæ memor fragilis,  
In huius vitæ fluctibus  
Nos rege tuis fletibus.

**5** Vni Deo sit gloria. *vt supra.*

**D**Imetrum iambicum, cacometrum. Quod hic dicitar sumptum est ex c. 1. Lucae. nam perierat Magdalena tanquam unus quæ errauerat, per pœnitentiam tamen ad Dominicum gregem reducta est, atq; ex peccatrice gratissima gemma facta est Deo, de qua dictum est apud Lucam. c. 7. Remittuntur peccata eius multa, quoniam dilexit multum. Hic bina & bina carmina in penultima & ultima sibi respondent.

In festo B. Petri ad Vincula, in  
Vesp. hor.

69.

- 1** Petrus beatus catenarum laqueos  
Christo iubente rupit mirabiliter  
Cultos ouilis, & doctor Ecclesiæ,  
Pastorque gregis, conseruator ouium,  
Arcet luporum truculentam rabiem.  
**2** Gloria Deo per immensa secula,  
Sit tibi nate decus & imperium,

Honor,

Honor, potestas, Sanctoque Spiritui  
Sit Trinitatis salus indiuidua,  
Per infinita seculorum secula. Amen.

**M**erum est senarium simile illi. Aurea luce. nisi quod pre-  
sens in utroqe; versu quinque; habet carmina uniformia; eius  
demqe; generis, illud autem quatuor tantum. Eius auctor docta illa  
Elpis. Historia sumpta est ex Actis Apostolorum. c. 12. Et ecce  
Angelus Domini astitit, & lume refulsa in habitaculo, percussoqe  
latere Petri excitauit eum, dicens: Surge velociter, & ceciderunt  
catenae de manibus eius. pastor gregis hic appellatur, quoniam ter-  
tio ei a Domino cura commissa est agnos suos, ovesque pascendi. Pa-  
sce agnos meos, pasce oves meas. Ioan. 21. luporum nomine, dae-  
mones, qui ouili insidiantur, hic accipiuntur, ut in illa parabola Do-  
mini de pastore, & mercenario: Mercenarius, & qui non est pa-  
stor, vidi lupum venientem, & deserit oves, fugitqe, & lupus ra-  
pit, atqe; dispergit oves. Ioan. 10. Pars est illius hymni cuius initium  
est: Felix per omnes festum mundi cardines.

### In festo Transfigurationis ad horas Vesp.

70.

**1** Quicunque Cristum queritis,

Oculos in altum tollite,

Illic licebit visere

Signum perennis gloriae.

**2** Illustra quidam cernimus,

Quod nesciat finem pati,

Sublime, celsum, interminum,

Antiquius, calo, & chao.

H 5

Hic

3 Hic illic rex est gentium,  
 Populi que rex Iudaici,  
 Promissus Abrahæ patri,  
 Eiusque in ænum semini.  
 4 Hunc & prophetis testibus,  
 Isdemque signatoribus,  
 Testatur, & pater iubet,  
 Ipsum audire, & credere.  
 Gloria tibi Domine,  
 Qui apparuisti hodie,  
 Cum Patre & sancto Spiritu,  
 In sempiterna secula. Amen.

**M**Etrum est dimetrum iambicū acatalegeticum, quod Prudentius de Epiphania Domini contexuit. In hoc tamen hymno per pauci sunt versus, alioque ordine, quam ille composuit. Dicuntur aliqua Christi præconia. In primo versu, quæritis, sicut Magi querebant. Signum perennis gloriæ. id est, Christū qui est gloria Patris. Illustrē quiddam. ipsum Christum immortalem. antiquius cœlo & chao. Ex chao dixit Anaxagoras, omnia Deū creasse. Videndus Ouidius, i. Metamorphoseos. Hic ille rex gentium. in. 3. v. B. Paulus ad Romanos. c. 3. An Iudeorum Deus tantum, an nonne & gentium? certe & gentium. Populi que Iudaici. Vbi est, qui natus est rex Iudeorum. Matth. 2. Promissus Abrahæ patri. Geneseos. c. 22. In. 4. v. Prophetis testibus & signatoribus. Ad illud alludit, quod testes, qui attribabantur testamento, signabant illud. Ipsum audire pater iubet. Et ecce vox enīshe quæ diceret: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Matth. 17.

In eodem festo ad Laudes.

- 1 Amor Iesu dulcissime,  
Quando cor nostrum visitas,  
Pellis mentis caliginem,  
Et nos reples dulcedine.
- 2 Quam felix est, quem satias,  
Consors paternæ dexteræ,  
Tu vere lumen patriæ,  
Quod omnem sensum superat.
- 3 Splendor paterne gloriae,  
Incomprehensa bonitas,  
Amoris tui copiam  
Da nobis per præsentiam.
- 4 Gloria tibi Domine, &c.

**D**iemetrum, iambicum, cacometrum. Omnia ex superioribus patent. Christus enim est charitas, eadē natura cum Patre, splendor paternæ glorie, lux manans à luce, & imago expressa substantiæ illius, per omnia similis & equalis illi, à quo nascitur, qui mentis nostræ tenebras misericordia sua, & bonitate expellit, nosq[ue] sibi gratos facit.

### In Feste Dedicationis S. Michaëlis Archangeli ad Vespertinas horas.

72.

- Tibi Christe splendor Patris,  
Vita Virtus cordium,  
In conspectu Angelorum  
Votis, voce psallimus,

Alter.

Alternantes concrepando

Melos damus vocibus.

**2** Collaudamus venerantes

Omnes celi milites,

Sed præcipue primatem

Cælestis exercitus,

Michaelem in virtute

Conterentem Zabulun

**3** Quo custode procul pelle

Rex Christe piissime,

Omne nefas in imici,

Mundo corde, & corpore

Paradiso redde tuo

Nos sola clementia.

**4** Gloriam Patri melodis

Personemus vocibus,

Gloriam Christo canamus,

Gloriam Paraclito,

Qui trinus, & vñus Deus

Extat ante secula. Amen.

**C** Armen est Alcianum, cum Euripidio trochaico commixtum, alternatimque positum, imparia sunt acatalecticā, hoc est, que nec abundant, nec sunt imminuta, paria sunt catalēctica, idest, deficientia vna syllaba, pedes non collocantur, ut lex carminis postulabat. Contendit autor laudare Deum, Angelos preterea, sed præcipue Michaelem Archangelum, cui potestate dedit coercendi serpentem antiquum. In. i. v. In conspectu Angelorum sumptum videtur e Psal. 137. In conspectu Angelorum psallā tibi.

tibi, &c. Alternantes nam diuine laudes in Ecclesia alternari dicuntur, & per vices. In. 2. v. Sed præcipuè primatem. Allusum videtur ad illud Danielis. 10. Michael unus de principibus primis venit in adiutorium meum. Et iterum. c. 12. In tempore illo consurgit Michaël princeps magnus. nomine Zabulon. qui interpretatur fluxus noctis, ut ait B. Hieronymus in. c. 1. Aggæi, hic intelligimus demonem. Conterentem Zabulon. videndus Ioā. in Apocalyp. c. 12. Et factum est prælrium magnum, Michael & Angeli eius prelibuntur cū draconem, & draco pugnabit, & Angeli eius, & non valuerunt, nec locus inuentus est eorū amplius in celo. In. 3. v. sola clementia. non quod opera nostra non sunt necessaria: si vis (inquit Ioan. 19.) ad vitam ingredi, serua manda- ta. In. 4. v. melodis. trisyllabum est, suauibus, & dulcibus. melo- dus. a. um.

## In eodem Feste ad Laudes.

### 73.

- 1 Christe sanctorum decus Angelorum,  
Rector humani generis, & autor,  
Nobis æternum tribue benignus  
Scandere cælum.
- 2 Angelum pacis \* Michaële ad istam  
Cælitus \* mitti rogitamus aulam  
Nobis vt crebro veniente crescant  
Prospera cuncta.
- 3 Angelus fortis Gabriel, vt hostem  
Pellat antiquum, volitet ab alto  
Sæpius, templum veniens ad istud  
Visere nostrum.

Michaële  
Mittas.

Ange-

*Pr. avato Sea V. Sandis.imo Sacramento*

**4** Angelum nobis medicum salutis  
Mitte de cælis \* Raphael vt omnes  
Sanet ægrotos, pariterque nostros  
Dirigat actus.

**5** Hinc Dei nostræ genitrix Maria,  
Totus & nobis chorus Angelorum  
Semper assistat, simul & beata  
Concio tota.

**6** Præstet hoc nobis deitas beata,  
Patris ac Nati, pariterque Sancti  
Spiritus, cuius reboat in omni *suano* *Concio*  
Gloria mundo. Amen.

**C**armen est sapphicum cum Adonio, a cometru tamen. *Fia*  
*Inuocatio ad diuinam bonitatem, ut Angeloru præsidio nos*  
*B. Grego- muniat. Sed trium præcipue hic fit mentio Michaelis qui interpre-*  
*tatur, qui est vt Deus, quasi dicat: qui est ita fortis, vt Deus nosier?*  
*mil. 34. in qui creauit nos ad se laudandum, nullus potest facere, que Deus fa-*  
*Euang. cit: Qui sicut olim fuit princeps in nage, ita modo est princeps*  
*Ecclesie. Fit etiam mentio Gabrielis, qui interpretatur, fortitudo*  
*Dei, & merito, quia nascituro Domino in carne testimonium perhibe-*  
*bet. De quo Propheta in Psal. 23. ait: Dominus fortis, & potens, lo-*  
*minus potens in prælio. Nominatur etiam Raphael, qui medicina*  
*Dei dicitur. De quo videnta sacra Tobiae historia in c. 6. 8. &*  
*11. Concionē tria significare satis multis verbis probat Gellius,*  
*li. 18. c. 7. suggestum, vnde verba sunt, cœtum populi assistetis, ora-*  
*tionem in super ipsam que ad populum habetur.*

In Feste omnium Sanctorum ad  
Vesp. hor.

i Christe Redemptor omnium

Conserua tuos famulos,

Beatæ semper Virginis

Placatus sanctis precibus.

2 Beata quoque agmina

Cælestium spirituum,

Præterita, præsentia,

Futura mala pellite.

3 Vates æterni iudicis,

Apostoliique Domini

Suppliciter exposcimus,

Saluari vestris precibus.

4 Martyres Dei inclyti,

Confessoresque lucidi,

Vestris orationibus

Nos ferte in \* cælestibus.

5 Choris sanctorum virginum,

Monachorumque omnium,

Simul cum sanctis omnibus

Confortes Christi facite.

6 Gentem auferte perfidam

Credentium de finibus,

Vt Christo laudes debitas

Persoluamus alacriter.

7 Gloria Patri ingenito,

Eiusque Unigenito,

Cælestia.

Vna

Vna cum sancto Spiritu  
In sempiterna secula. Amen.

**H**ic hymnus imaginem habet dimetri iambici, sed est cacométrum. In eo sit oratio, post Deum, ad omnes sanctos; umordines, ad sacratissimam virginem Dei matrem, Angelicos spiritus, Prophetas, Apostolos, Martyres, Confessores, & Virgines, ut nobis adsint, malaque à nobis propellant, sceleribusque puros ad cælestia regna perducant. In. 3. v. Vates æterni iudicis, id est prophetæ in cœtu, qui merito æterni iudicis vates dicuntur, eo quod de futuro Domini aduentu testimonium perhibuerunt. In. 4. v. in cælestibus Latinè dicitur in cælestia. In. 6. v. gentem perfidam, quæ fidem non profitetur, ut sunt Agarenis, & Turcae. In. 5. v. Confortes Christi facite, id est participes regni cælestis. Nam filii Dei sumus, si filii, igitur & heredes, heredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Paulus ad Rom. c. 8.

In eodem festo, ad Laudes.

75.

- 1 Iesu Saluator seculi,  
Redemptis ope subueni,  
Et pia Dei genitrix,  
Salutem posce miseris.
- 2 Cœtus omnis angelici,  
Patriarcharum cunei,  
Et prophetarum merita  
Nobis precentur veniam.
- 3 Baptista Christi prætius,  
Et clauiger ætereus,  
Cum cæteris Apostolis,

Nos

Nos soluant nexu criminis.

4 Chorus sacratus Martyrum,  
Confessio Sacerdotum,  
Et virginalis castitas,  
Nos à peccatis abluant.

5 Monachorum suffragia,  
Omnesque ciues cælici  
Annuant votis supplicum,  
Et vitæ poscant præmium.

6 Laus, honor, virtus, gloria  
Deo Patri, & Filio,  
Sancto simul Paraclito  
In seculorum secula. Amen.

**H**ic hymnus superiori adnectitur. In. 2. v. Patriarcharum  
merita. Patriarcha princeps est patri, si verbum verbo red-  
dat, ut Abraham, Isaac, Jacob, eiusq; duodecim filij, qui duodecim tri-  
bubus populi Israelitici nomina dederunt. In. 3. v. Baptista Christi  
præuius, quia precursor eius fuit, nascendo, baptizando, prædi-  
cando, moriendo, & ad inferos descendendo, unde Luc. 1. Et ipse præce-  
det eum in spiritu & virtute Heliæ. In eodem. v. Clauiger æte-  
reus. id est Petrus, cui dictum fuit à Domino: Et tibi dabo claves  
regni cælorum. Matt. 16. In. 4. v. per sacerdotum confessionem, in-  
telligendum est de omnibus Confessoribus, etiam si sacerdotio fun-  
eti non fuerint: quemadmodum per virginalem castitatem, eam  
quoque continentiam, quæ in coniugali, aut viduali pudicitia  
gratum Deo exhibet obsequium, intelligere debemus.

In. 5. v. Monachus, Græco,

Latine solitarius.

# In natali Apostolorum ad Vesper.

76.

- 1 Exultet cælum laudibus,  
    Resultet terra gaudiis,  
    Apostolorum\* gloriam  
    Sacra canunt solennia.
- 2 Vos seculi iusti iudices,  
    Et vera mundi lumenā,  
    Votis precamur cordium,  
    Audite pteces supplicum.
- 3 Seras & 3  
eius solui  
tiss.  
Qui cælum verbo clauditis.  
    Serasq[ue] eius soluitis,  
    Nos à peccatis omnibus  
    Solute iussu quæsumus.
- 4 Quorum præcepto subditur  
    Salus, & languor omnium,  
    Sanare ægros moribus  
    Nos reddentes virtutibus.
- 5 Vt cum iudex aduenerit  
    Christus in fine seculi,  
    Nos sempiterni gaudij  
    Faciat esse compotes.
- 6 Deo Patri sit gloria,  
    Eiusque soli Filio,  
    Cum Spiritu Paraclito  
    Et nuuc, & in perpetuum, Amen.

**D**īmetrum est iambicum syllabarū tantum numerū seruans. Celebrantur in eo Apostolorū dignitas, & potestas, precaturque eos, ut nos suis precib⁹ a peccatis liberent, ut cum Christus venerit, ut mundū iudicet, vitam eternam consequamur. In id. per cælum & terrā. intellectuales, rationalesq; creaturas intelligit, hoc est Angelos, & homines. Sic Esaias. II. Audite cæli, & auribus percipe terra. Et Moses in cantico Deut. 32. Audite cæli quæ loquor, audiāt terra verba oris mei. Et regius Propheta. Psal. 25. Lætentur cæli, & exultet terra. In aliis exemplaribus legitur gloria, ut sit ablativus casus. solēnia accusati⁹, ut sit hic ordo: Cælum, inquā, & terra canūt solennia gloria Apostolorū. Quæ lectio non male videtur quadrare. In. 2. v. Vos seculi iusti judices. ex Matth. sumptum est. c. 19. sic dicente: Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum federit filius hominis in sede maiestatis sue sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Quod autem sint lumina mundi. Matth. 5. Vos estis lux mundi. In. v. 4. Misit eos ut curarent languores, & infirmos sanarent, & super ægros manus imponerent. Luc. 9. & Marc. 6.

## In natali Apostol. ad Matut. officiū.

77.

- 1 AEterna Christi munera  
Apostolorū \* gloriam  
Laudes canentes debitas,  
Lætis canamus mentibus.  
2 Ecclesiarum principes,  
Belli triumphales duces,  
Cœlestis aulæ milites,  
Et vera mundi lumina.

Gloria.

- 3 Deuota sanctorum fides,  
Inuicta spes credentium;  
Perfecta Christi charitas  
Mundi triumphat Principem.
- 4 In his paterna gloria,  
In his voluntas Spiritus,  
Exultat in his Filius,  
Cælum repletur gaudio.
- 5 Te nunc redemptor quæsumus,  
Ut ipsorum consortio  
Iungas precantes seruos,  
In sempiterna secula. Amen.

**H**ic hymnus recte currit carminis dimetri iambici legibus,  
nisi quod in. 3. carmine. 4. v. collocatur in sede secunda pyr-  
rhichius pro iambō, hic tamen nebulus non magnam infert defor-  
mitatem in pulchro & eleganti corpore. Eiusdem est argumenti cū  
superiore, enumerantur in eo aliquot Apostolorum laudes. Primi. v.  
ordo est. Canentes laudes debitas, lætis mētibus canamus  
æterna Christi munera, gloriam, scilicet, Apostolorū. Alii  
qui codices habent. gloria in ablativo, id est propter gloriam. In. 2. v.  
Ecclesiærum principes. de ipsis videtur dictum illud Psalm. 44.  
Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super  
omnem terram. Et illud Psal. 138. Mibi autem nimis honorati sunt  
amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eoru. Fuerunt du-  
ces triūphales cōtra scribas, phariseos, & reges terre, qui volue-  
rūt nomē Iesu penitus abolere. cōtra ipsoſ dæmones, quos suis idolis  
expulerūt, triūphatoq; mundo, victrice nunc corona ornatur in cæ-  
lo. In. 3. v. triūphat. id est, superat & vincit, unde triūphatus parti-  
cipiū vietus & superatus. Tres illi nominatī in. 4. v. ad vnu verbi  
ordinati, insinuant nobis, & unitatem, & trinitatem in deitate.

In communi Apostolorum, & Euan  
gelist. Tempore Paschali  
ad Vesp.

78.

H

1 Tristes erant Apostoli

De necesi Domini,

Quem poena mortis crudeli

Serui damarunt impij.

2 Sermone blando Angelus

Prædixit mulieribus,

In Galilæam Dominus

Videndus est quantocyuſ.

3 Illæ dum pergunta concitæ,

Apostolis hoc dicere;

Videntes eum viuere,

Oſculantur pedes Domini.

4 Quo cognito discipuli

In Galilæam properè

Pergunt videre faciem

Desyderatam Domini.

5 Quæſumus autor omnium

In hoc Paschali gaudio,

Ab omni mortis impetu

Tuum defende populum.

6 Gloria tibi Domine

Qui surrexisti à mortuis.

Cum Patre & sancto Spiritu,  
In sempiterna, secula, Amen.

**H**oc eanticum quale superius est, cacometrum tamen: *Quae in illo continentur, sumpta sunt ex Euangelistis. Apostoli erant tristes. Luc. 24. Qui sunt hi sermones, quos coſertis inter vos ambulantes, & eis tristes? Quem poena mortis crudeli. dicunt ei omnes crucifigatur. Matth. 27. Et Luc. 23. At illi clamabant, decentes: Crucifige, crucifige eum. Dixerunt impij, morte turpisima condemnemus eum. Sapient. 2. In. 2. v. Sermoni blando Angelus. Lucas. 28. Respondens Angelus dixit mulieribus, nolite timere vos. Et paulo post: Et cito euntes dicite discipulis eius, quod surrexit a mortuis. Ibidem. Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius. & que sequuntur.*

### In eodem festo ad Laudes.

79.

- 1 Claro Paschali gaudio  
Sol mundo nitet radio  
Cum Christum iam Apostoli  
Visu cernunt corporeo.
- 2 Ostensa sibi vulnera  
In Christi carne fulgida,  
Resurrexisse Dominum  
Voce fatentur publica.
- 3 Rex Christe clementissime,  
Tu corda nostra posside,  
Ut tibi laudes debitas  
Reddamus omni tempore.
- 4 Quæsumus autor omnium,

In hoc Paschali gaudio,  
Ab omni mortis impetu  
Tuum defende populum.

5      Gloria tibi Domine. ut supra.

**C**armen est quale superius, ex eodem fonte, ex Euangeliis,  
inquam, Matthaei. 28. Luc. 24. Ioan. 21.

**I**n natali vnius Martyris extra tem-  
pus Paschale ad Vesp.

80.

1      Deus tuorum militum  
Sors, & corona, præmium,  
Laudes canentes martyris  
Absolute nexu criminis.

2      Hic nempe mundi gaudia,  
Et blandimenta noxia,  
Caduca ritè deputans,  
Peruenit ad cælestia.

3      Poenas cucurrit fortiter,  
Et sustulit viriliter,  
Pro te effundens sanguinem,  
AEterna dona possidet.

4      Ob hoc precatu supplici  
Te poscimus piissime,  
In hoc triumpho martyris

Dimitte noxam seruulis.

5 Laus & perennis gloria  
Deo Patri & Filio,  
Sancto simul Paraclito  
In sempiterna secula. Amen.

**H**ymnus hic legibus coeretur dimetri iambici. In secundo tamen loco, secundo carmine versus secundi, & in 3. sede. 2. spondeum habet pro iambo, in blandimenta, & in effundens. In eo explicatur laus cuiuscunq; Martyris quod scilicet, contemptis in huius mundi pompos, & deliciis Christum fuerit secutus. In 1. v. Sors & corona. secundum illud Psal. 72. Pars mea Deus in aeternū. Et illud Psal. 141. Dixi tue spes mea, portio mea in terra viuentium. Et corona. quoniam Martyrum est decus, & ornamentum insigne, quo in aeterna vita venus lantur: Sic enim ait Iacobus in epistola sua c. 1. Beatus vir qui suffert temptationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vita. Et B. Petrus Epist. 1. c. 5. Cum apparuerit ille pastor princeps, reportabis immarcessibilem coronam glorie. In 2. v. blandimenta noxia. amicitia enim huius mundi inimica est Deo, & quicunque vult anticus esse huius mundi, inimicus Deo constituitur. Iaco. c. 4. & B. Ioā. in Epist. 1. c. 2. Si quis diligit mundum, non est charitas Dei in illo, & mundus transfit, & concupiscentia eius. Caduca igitur mundi gaudia.

In festo vnius Martyris eodem tempore ad Laudes.

81.

I. Martyr Dei qui unicum  
Patris sequendo filium,  
Vicit triumphas hostibus,

Victor

Victor fruens cælestibus.

- 2** Tui precatus munere  
Nostrum reatum dilue,  
Arcens mali contagium,  
Vitæ \* remouens tædium.

Repelle.

- 3** Soluta sunt iam vincula  
Tui sacrati corporis,  
Nos solue vinclis seculi,  
Amore filij Dei.

- 4** Deo Patri sit gloria.  
Eiusque soli Filio  
Cum Spiritu Paraclito,  
Et nunc, & in perpetuum. Amen.

**C**armen est dim. iabi. At in. 1. v. primo carmine vocalis subiicitur vocali sine collisione. Et in. 4. carmine. v. secundi pyrrhichius ponitur pro iambō secunda sede. Constatet carmen, si pro. remouens scriberetur. repellens. Oratio fit in eo ad quenam Martyrem, commendans illius constantiam in passione, qua hostes fidei superauit. Petitq; ut eius precibus adiuuemur. In. 1. v. vnicum patris sequēdo filium sident Christū, qui vnigenitus est Dei Patris. Hunc sequutus est gloriosus Martyr. iuxta illud Petri in Epist. 1. c. 2. dicentis: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplū, vt vestigia illius sequeremini. aliqui codices Græci habent nobis in prima persona. Ioan. præterea ait epist. 1. c. 3. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. In eodē versu triumphas, legendum videtur, potius quam triumphans, vt habent nonnulli codices, vt sit aliquod verbum, quod sententiam compleat. In. 2. v. per tædium vitæ. Vitæ anxietates, molestias, & calamitates autor intelligit, que si non anima æquo perferantur, tanta efficiunt ali-

quando tristitia, ut quem prenunt, vita tedeat. Et ideo Ecclesiastus ait. 30. Tristitia longe expelle a te, multos enim occidit tristitia, & non est utilitas in illa. Et animus gaudens floridam facit etatem, & spiritus tristis exiccat ossa. proverb. 17. In. 3. v. petimus ab eo Martyre corporis amergastulo soluto, caelestiq; vita fruente, ut suis precibus a vita huius illecebris, & laqueis concupiscentiarum liberemur, quibus tanquam vinculis alligamur, & retitique tenemur.

In natali plurimorum Martyrum extra tempus Paschale ad Vesp.hor.

82.

- 1 Sanctorum meritis inclyta gaudia  
Pangamus socij, gestaque fortia,  
Nam gliscit animus promere cantibus  
Victorum genus optimum.
- 2 Hi sunt, quos retinens mundus inhorruit,  
Ipsum nam sterili flore per aridum  
Spreuere penitus, atque secuti sunt  
Rex Christe bone cælitus.
- 3 Hi pro te furias, atque ferocia  
Calcarunt hominum saeuaque verbera,  
\*Cessit his lacerans fortiter vngula.  
Nec carpsit penetralia.
- 4 Cæduntur gladiis more bidentium,  
Non murmur resonat, non querimonia,  
Sed corde tacito, mens bene conscientia  
Conseruat patientiam.
- 5 Quæ vox, quæ poterit lingua retexere,

*His cessit*

Quæ

Quæ tu Martyribus munera præparas?  
 Rubri nam fluido sanguine laureis  
 Ditantur bene fulgidis.

Te summa deitas, vnaque poscimus,  
 Ut culpas ablucas, noxia subtrahas,  
 Des pacem famulis, nos quoque gloriam  
 Per cuncta tibi secula. Amen.

**C**armen est Asclepiadæum myxtum Glyconico. Alicubi habet suos natus scriptorum fortassis vitio, potius quam autoris. In. 1. v. gliscit. id est, ardenti affectu cupit, caret preterito & supino. Victorum. a. v. inhorruit. id est tanquam re vilem, & abiectam odio habuit horrore quodam, quale est illud Ioa. 15. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem odio habuit. regit hic accusatum, per regulam illam: Cum verbum pro verbo capitur, ut mutat significationem, ita & constructionem. In. 3. v. vngula hic accipitur pro instrumento ferreo, ut pectine, aut aliquous, quo dilacerabantur corpora hominum in equuleo extensorum. de quo vide Prudentium in hymno de S. Romano, & de S. Vincentio. Nec carpsit penetralia, non intelligas corporis, quæ aliquando dissecta fuerunt, sed animi. Cessit his laceras. potius. His cessis laceras. vt sit spodeus, non trocheus. In. 4. v. de bidentibus dictu est antea. bidetes sunt oves biennes habentes duos dentes eminentiores, quæ erant aptæ sacrificiis, habent octo dentes, sed ex his duos cæteris altiores, per quos apparet ex minore eas ætate ad maiorem trans eendisse. Quæ comparatio, sanctorum Martyrum ad occisionem ouium ex Psalmo. 43. sumpta videtur: Quoniam propter te mortificamur tota die, estimati sumus sicut oves occisionis. Non murmur resonat, non quærimonia. In hac patientia imitabantur Christum Dominum nostrum, de quo Esai. 53. Quasi

Quasi ouis ad occisionem duce tur, & quasi agnus coram rōdente se  
obmutescer, & non aperiet os suum, quod in passione completum  
esse patet. In. 5. v. retexere. id est exprimere. explicare, sive eloqui.  
In eodem versu laureis. laurus apud antiquos victoriae erat insi-  
gne, triūphisq; dicata, unde laureati milites currum triumphantis  
jequebantur. In. Apocalypsi. c. 7. Sancti Martyres leguntur coronis  
in signiti, & palmas manibus gestantes. In ultimo versu subaudien-  
dum est verbum. demus. nos scilicet gloriā tibi.

## In natali pluri. Marty. extra tempus pasch. ad Matut.

83.

- 1 AEterna Christi munera,  
Et Martyrum victorias  
Laudes canentes debitas  
Lætis canamus mentibus.
- 2 Terrore victo seculi,  
Pœnisque spretis corporis,  
Mortis sacræ compendio  
Vitam beatam possident.
- 3 Traduntur igni Martyres,  
Et bestiarum dentibus,  
Armata fœuit vngulis  
Tortoris insani manus.
- 4 Nudata pendent viscera,  
Sanguis sacratus funditur,  
Sed permanent immobiles,  
Vitæ perennis gloria.

Te

Tenunc redemptor quæsumus,

Vt Martyrum confortio

Iungas precantes seruulos

In sempiterna secula. Amen.

**C**armen est dimetrum iam orthometricum. Celebrantur in eo laudes Martyrum, eorumq; in perferenda morte pro nomine Iesu in uiuetam animi constantiam. In. 1. v. ordo est. Canentes laudes debitas, canamus lætis mentibus æterna Christi munera, & martyrum victorias. In. 2. v. rectè dicitur, vitam beatam Martyres possidere per martis sacræ compendium. Nam illis mors compendiaria quedam via fuit ad vitam æternam consequendam, nam mors corporalis admodum est breuis, si cum vita sempiterna comparetur. In. 3. v. Traduntur igni martyres. Tormenta, quæ Martyres sustinuerunt, Paulus ad Hebreos scribes, sigillatim enumerat. c. ii. Alij autem dislenti sunt, non accipientes redemptionem, ut meliorem inuenirent resurrectionem, alij vero ludibria & verbera experti, in super & vincula, & carceres. Lapidati sunt, seicti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt, circumierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. De vngula diximus superiori hymno, instrumentum erat, inquam ferreum bisulcum, bifidum, forcipatum, quo corpora discerpebantur. Prudetius in hymno de Romani martyrio: Sic autem sponte nudas offerens costas bisulcis exsecandas vngulis. Et in hymno B. Vincentij. Ille vngularum duplices sulcos pererrat oculis. Erant enim vngulae instar rastri bidentis.

In eodem natalia d. Laudes.

84.

Rex gloriose Martyrum,  
Corona confitentium,  
Qui respuentes terrea

Perducis

Perducis ad cælestia.

- 2 Aurem benignam protinus,  
Appone nostris vocibus,  
Trophæa sacra pangimus  
Ignosce, quod delinquimus.
- 3 Tu vincis in Martyribus,  
Parcendo Confessoribus,  
Tu vincis nostra crimina,  
Donando indulgentiam.
- 4 Deo Patri. *ut supra.*

**M**etrum dimetrum iamb. ad amissim legem seruans, nam in his hymnis dissimulanda est vocalium collisio. Fit in eo ad Christum oratio, ut ob Martyrum merita nostras preces propicius exaudiat, peccatorum concedat veniam, & demum vita æterna premia. In. 1. v. Rex gloriose Martyrum. Christus rex est Martyrum, ceteros omnes magis antecedens, quam rex subiectum sibi populum. Et corona confitentium. eorum, scilicet, qui sine sanguinis effusione placida morte pie vitam clauerunt. In. 3. v. Tu vincis in Martyribus. nam Victoria militis duci attribuitur, ut Hannibal vici. Milites Christi prælia Domini certauerunt contra aduersos potestates, contra tyrannos, mundiq; principes, qui illis vires suffecit, animosque ministravit.

In natali Confess. Pontif. ad  
Vesper. hor.

85.

- I. Ille Confessor Domini sacratus,  
Festa plebs cuius celebrat per orbem

Hodie

Hodie latus meruit secreta.

Scandere cali Saber

2 Qui pius, prudens, humiliis, pudicus,  
Sobrius, castus fuit, & quietus,  
Vita dum praesens vegetauit eius  
Corporis artus.

3 Ad sacrum cuius tumulum frequenter  
Membra languentum modo sanitati,  
Quolibet morbo fuerint grauata,  
Restituuntur.

4 Vnde nunc noster chorus in honorem  
Ipsius, hymnum canit hunc libenter,  
Ut piis eius meritis iuuemur  
Omne per æcum.

5 Sit salus illi, decus, atque virtus,  
Qui supra cali residens cacumen,  
Totius mundi machinam gubernat,  
Trinus & vnu. Amen.

La alatura de  
cille,  
**C**armen est Sapphicū cum Adonio, claudicans tamen ter, aut  
quater, ut insipienti patebit. Commemorantur in eo laudes  
cuiusvis sancti confessoris, nō modo, quæ ad vitæ attinent sanctitatem,  
sed etiam quæ ad miracula, quæ ad eius tumulum sunt diuinae volun-  
tatis indultu. Propter quod praesens fideliū in Christo cōgregatio de-  
bita illi laudem impendit. In. v. 2. vegeto ante penultima correpta  
est fōeo in sanitatem & incolumitate. Vnde vegetus, qui sanus est, &  
incolumis, & refertur ad corpus & animū. In. 3. v. quolibet, quilibet  
nōmē est particulare, & infinitū, ut quicūq; significat vnum &  
multis, sed indifferenter, hunc, aut illū. In. 4. v. legendum est hono-  
rem, non honore ratione præpositionis sumptæ pro ad, aut ob.

# Ad Laudes Confessor. Pontific.

86.

- Iesu Redemptor omnium,  
Perpes corona præfulum,  
In hac die clementius  
\*Nostris faueto precibus,
- Tui sacri qua nominis  
Confessor almus claruit.  
Cuius celebrat annua  
De vota plebs solennia.
- Qui rite mundi gaudia  
Huius caduca respuens  
Cum angelis cælestibus  
Lætus potitur præmiis.
- Huius benignus annue  
Nobis sequi vestigia,  
Huius precatu seruulis  
Dimitto noxam criminis.
- Sit Christe Rex piissime  
Tibi, Patrique gloria,  
Cum Spiritu Paraclito  
Et nunc, & in perpetuum. Amen.

**C**armen est dimet iamb. bene mensuratum, nisi quod in. 1. v.  
quarto carmine trochaicum habet pro spondeo aut iambo. 3. se-  
de. Et in 3. v. metro non elliditur. m. finalis in primo loco. In. 2. v.  
annua. annuus. a. um. quod vnius anni spacium continet, signifi-  
cat præterea quod singulis fit annis quasi anniversarius. a. um. vt  
annua

annua sacra, in qua acceptione hic accipitur. In. 4. v. annue.  
idest concede, siue presta, regit accusatum, aut infinitum, ut hac  
in loco, alias significat fauere, & regit datum.

## Ad Laudes Confess. non Pontif.

87.

- 1 Iesu corona celsior,  
Et veritas sublimior,  
Qui confitenti seruolo  
Reddis perenne præmium.
- 2 Da supplicantio cœtui  
Obtentu huius optimi  
Remissionem criminum,  
Rumpendo nexum vinculi.
- 3 Anni recurso tempore  
Dies illuxit lumine  
Quo sanctus hic de corpore  
Polum migrauit præpotens.
- 4 Hic vana terræ gaudia  
Et lutulenta prædia  
Polluta sorde deputans,  
Ouanstenet cælestia.
- 5 Te Christe Rex piissime  
Hic confitendo iugiter,  
Calcauit hostem fortiter,  
Superbum, ac satellitem.
- 6 \*Virtutum actu, & fide,

Virtute  
clarus &  
fide.

K

Con-

Confessionis ordine,  
Leiuna membra deferens,  
~~Nomogato~~ Dapes supernas obtinet.

7 Pro inde te piissime  
Precamur omnes supplices,  
Ut huius almi gratia  
Nobis remittas debita.

8 Gloria Patri Domino,  
Gloria Vnigenito,  
Vna cum sancto Spiritu,  
In sempiterna secula. Amen.

**H**ic hymnus legibus obtemperat dimetri iambici, sed aliquan-  
do fit vocalium collisio, & in 2. loco est spondeus pro iambo.  
Cucunq; Sancto Confessori potest attribui. Oratio fit ad Christum,  
ut eius Sancti meritis a peccatorum laqueis liberemur. Est proprius.  
S. Benedicti. Hic est aduertendum, quod in hoc hymno, & duobus  
superioribus confitens, confessio, & confessor, capiuntur in  
eo significato, ut proprium Sanctorum ordinem, & statum signifi-  
cent, qui ab ecclesia catholica confessores nuncupantur, qui scilicet,  
post Apostolos, Evangelistas, & Martyres placida morte in Chri-  
sto quieuerunt. In 2. v. nexu vinculi rupendo, id est peccatorum  
pedicas, & vincula, quibus constringimur per prauam consuetudi-  
nem, peccato peccatum adiuentes, iuxta illud sapientis Prover-  
biorum. q. Funibus iniquitatum suarum constringitur impius. Et  
illud Psal. 118. Funes peccatorum circumplexi sunt me. In 3. v. po-  
lin migravit subaudienda est prepositio, in. quod est frequens  
apud autores. In 4. v. luculentus, a luce inclinatur, est plenus  
luce, splendens, perspicuus, ornatus, elegans, pulcher, & aliquan-  
do magnus, teste Valla, ampla igitur prædia, & largos quotannis re-  
ferentia fructus, hic luculenta significant, sed si ad ecclesia bonare  
ferantur, quasi sordida sunt, & polluta, quoniam ut de æterna sa-  
pientia

pientia dicit Sap. 7. Omne aurum in cōparatione illius, avena exigua est. Et tāquā lūrū cōstimabitur argēntū in cōspectu illius. Iutulēta non placet aliquibus, nec sordē. Quatio minor est triumphus, qui enīm ouationem merēbatur, vno equo vtebatur, & à plebeis, & equitibus Romanis in Capitolium deducebatur, sacrificabatq; de oībus, vnde ouatio dicta est. At qui triumphabat, quatuor equis aliis vtebatur, & senatu p̄ærente de tauris in capitolio sacrificabat. Quantes abusūe capitūr pro letantes, vt hoc loco, & alibi frequenter. In. 5. v. superbū. per hostem superbū diabolus intelligitur, qui totius generis humani antiquus est hostis, & aduersarius. per superbū satellitem apte accipitur caro nostra, quæ animaē est satelles, illi enim data est in obsequium, & ministerium, sicut ancilla in famulatum atq; seruitium domine. Est autem superbis satelles, quia caro concupiscit aduersus spiritum, & in peccati captiuitatem plerunq; pertrahit. In. v. 6. ali⁹ codices habent. Virtute clarus, & fide Confessionis ordine. nam tres illi ablaciū sine verbo, aut nominenon est quo referantur, si iungatur cum principio deferens. non satis commode sententia patietur, vnde mendum effe videtur, quam verissimum, ac proinde corrigendum.

Ad Gal.

### In natalitiis Virginum ad hor. Vesper.

88.

1. Iesu corona virginum,

Quem mater illa concipit,

Quæ sola virgo parturit,

Hæc vota clemens accipe.

2. Qui pascis inter lilia,

Septus choreis virginum,

K. 2

Sponsas

Sponsas décorans gloria,

Sponsisqué reddens præmia.

3 Quocunque pergis, virgines  
Sequuntur, atque laudibus  
Post te canentes cursitant,  
Hymnosqué dulces personant.

4 Te deprecamur largius,  
Nostris adauge sensibus,  
Nescire proflus omnia  
Corruptionis vulnera.

5 Laus, honor, virtus, gloria  
Deo Patri, & Filio,  
Sancto simul Paraclito  
In seculorum secula. Amen.

**H**ic hymnus dimetri iambici regulas seruat. Versatur in virginum laudibus. In. 1. v. concipit. legendum est in præsenti causa carminis, præsens pro praterita, nam in. 4. loco nullo modo spondeum recipit, nec trocheum. In. 2. v. Qui pascis inter lilia, ex canto cantorum sanctum est. ubi spiritalis sponsa de dilecto suo sponso ait: Dilectus meus pascitur inter lilia. Et alioqui color candidus virgines decet, que cum viris non sunt coquinate: virgines enim sunt, & sequuntur agnum quocunq; ierit, Apocal. 14. In. 4. v. adauge. petimus. Ut bonum adeptum, & indultum caleste bonum augeatur, ut nesciamus, scilicet, corruptionis vulnera. id est, plagas peccatorum puritatis corruptrices.

In eodem communi ad noct. Matut.

1 Virginis proles, opifexque matris;  
 Virgo quem gessit, peperitque virgo,  
 Virginis festum canimus, trophæum  
 Accipe votum.

2 Hæc tua virgo duplice beata  
 Sorte dum gestit fragilem domare  
 Corporis sexum, domuit cruentum  
 Corpore seclum.

3 Vnde nec mortem, nec amica mortis  
 Sæua poenarum genera pauescens,  
 Sanguine fuso meruit secreta  
 Scandere cæli.

4 Huius obtentu Deus alme nostris  
 Parce iam culpis, vitia remittens,  
 Quod tibi puri resonemus alnum  
 Pectoris hymnum.

5 Gloria Patri genitæque proli,  
 Et tibi compar vtriusq; semper  
 Spiritus alme, Deus vnu omni  
 Tempore secli. Amen.

**C**Armen est sapphicum cum Adonio, offendit tamen multis  
 in locis, ut inspiciunt patebit. Laudatur in eo Christus de Vir-  
 gine matre natus, quod eius dono virgo, in cuius laudem hic hymnus  
 concinitur, & carnem per virginitatis puritatem, & mundum per  
 martyrium vicerit. Petimus insuper, ut huius virginis oratione  
 peccatorum remissionem nobis clementer largiatur. In. i. v. Virginis  
 proles. Christus filius est B. Virginis Mariæ secundum car-  
 nem, quam ab ea accepit, at eiusdem Virginis matris opifex est, &  
 factor,

factor, secundum diuinam naturam, secundum quam cuncta crea-  
uit, & per quem omnia facta sunt. Ioan. i. Ipse præterea effecit,  
ut esset & virgo, & mater. Trophæum nomen est Græcum, à  
vertendis, hostibus deductum unde nōmē accepit, significat id, quod  
in testimonium victoriae publico loco statuitur, quare publica laus,  
& solennitas, quæ in testificationem suæ victoriae alicui virginis  
exhibetur, non absurde trophæum dicetur. Aducerendum est hic  
etiam, quod votum est participium, idest voto promissum, iungiturq;  
substantiu[m] trophæum. In. 2.v. Duplici beata sorte scili-  
cet, virginitate, & martyrio. domuit præterea corpore seclum  
cruentum. aut est hypallage, idest figura, cum oratio inuersa vice  
profertur, hoc modo, domuit cruento corpore seclum. Alij pro  
seclum legunt cetum. hoc est, diabolum, dæmonem, qui cruentus  
est, & crudelis. In. 3.v. Nec amica mortis sœua pœnarum  
genera pauescens. Supplicia à tyrannis illata, dicuntur mortis  
amica, quia ad mortem disponunt, habentque cum ea affinitatem.  
Quint. v. potest hoc modo ordinari. O alme Spiritus utriusq;  
Patris, scilicet, & Filij, quoniam ab utroq; procedis. compar. idest  
æqualis. gloria sit semper tibi. etiam sicut Patri & Filio, ita  
ut compar non ad Spiritus, sed ad gloriam referatur.

## In Dedicatione Ecclesiae ad Vesper. hor.

90.

Vrbs beata Hierusalem,

Dicta pacis visio,

Quæ construitur in cælis

Viuis ex lapidibus,

Et Angelis coronata,

Vt sponsata comite.

Noua

2 Noua veniens ē cælo  
     Nuptiali thalamo,  
     Præparata, vt sponsata  
     Copuletur Domino,  
     Plateæ, & muri eius  
     Ex auro purissimo,  
 3 Portæ nitent margaritis  
     Adytis patentibus,  
     Et virtute meritorum  
     Illuc introducitur  
     Omnis, qui ob Christi nomen  
     Hic in mundo premitur.

4 Tunisonibus, pressuris  
     Ex poltilapides  
     Suis coaptantur locis,  
     Per manus artificis  
     Disponuntur permansuri  
     Sacris ædificiis.

5 Gloria, & honor Deo  
     Vsquequo altissimo,  
     Vna Patri, Filioque  
     Inclyto Paraclyto,  
     Cui laus est, & potestas  
     Per immensa secula. Amen.

**C**armen est trochaicum, Alcmanium, & Euripidum alterum  
 natim decurrentis syllabarum tantum numerū seruans, sine  
 illa carminis lege. Describitur in eo cunctas supernas Hierusalem,

cuius in terra imago est Ecclesia sub Christo militans, congregatioque fidelium, qui Deum pie colunt. Vbi est aduertendum, quod quae hic dicuntur, spiritualiter, & mysticè sunt intelligenda, quodq; more edificij materialis exprimitur hic, & adificatio Hierusalem sanctæ ciuitatis in cælis. Vrbs illa Hierusalem in Iudea, quæ visio pacis interpretatur, typus fuit, & figura triumphantis Ecclesie, & militantis, ita ut modo pro illa, modo pro hac in sacris libris sumatur. Paulus ad Gal. 4. Illa autem, quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra. Et Psalmista: Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Hierusalem, Hierusalem quæ adificatur, ut ciuitas. Psalm. 121. In militante Ecclesia visio est per fidem pacis internæ erga Deum, erga seipsum & proximum: Nam pax multa diligentibus legem tuam. Psal. 118. In triumphante vero pacis erit visio aperta, non perspeculum, aut enigma sed facie ad faciem, ut ait Apostolus. 1. ad Corinth. 13. In hoc hymno capitulatur Hierusalem pro Ecclesia triumphante, quæ viris ex lapidibus, hoc est, animabus sanctis, beatisq; spiritibus construi dicitur, numerosa Angelorum multitudine adornata, sicut sponsa comite suo, atque sponso Christo exornata. 1. Pet. 2. In. 2. v. Noua venies ē cælo. allusum est ad illud Apocal. 21. Ego Ioannes vidi Sanctam ciuitatem Hierusalem nouam descendentiem de cælo, a Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. Et erat structura muri eius ex lapide iaspide, ipsa vero ciuitas aurum mundum, & fundamenta eius ciuitatis omni lapide pretioso ornata. In. 3. v. Portæ nitent margaritis. eodem loco B. Ioan. Et duodecim portæ, duodecim margaritæ sunt per singulas (scilicet portas) & portæ eius non claudentur per diem: Nox enim non erit illi ciuitati, nam claritas Dei illuminavit eam: & ideo dixit autor. Adytis patentibus. Adytum Grecum est vocabulum, locus est secretior templi, ad quem non nisi sacerdoti dabatur accessus ab a. a. & dyo. locus non adeundus, Latine dici potest penetrale. Margarita & Margaritum: vno est, & nobis dicitur perla. Capitur tamen, & hic pro quolibet lapide pretioso,

preioso, hoc loco capiuntur pro virtutibus, ut aurum, pro ciuium  
charitate. In. 4. v. Tunsionibus, presuris. Matth. 5. Beati qui  
persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est  
regnum celorum.

## In eodem festo ad Vesp. horas.

91.

1 Angularis fundamentum  
Lapis Christus missus est,  
Qui compage parietum  
In utroque nititur,  
Quem Sion sancta suscepit,  
In quo credens permanet.

2 Omnis illa Deo sacra,  
Et dilecta ciuitas  
Plena modulis \* in laude,  
Et canore iubilo,  
Trinum Deum unicumque  
Cum fauore praedicat.

3 Hoc in templo summe Deus  
Exoratus adueni,  
Et clementi bonitate  
Precum vota suscipe,  
Largam benedictionem  
Hic infunde iugiter.

4 Hic promereantur omnes  
Petita acquirere,  
Et adepta possidere,

*Et laude*

Cum Sanctis perenniter  
Paradisum introire,  
Translati in requiem.

5      Gloria, &c. ut supra.

**H**oc carmen pars est superioris. Suppliciter petit sua vota,  
suas preces exaudiri. In. i. v. Angularis. multi codices ha-  
bent angulare fundatum. Christus in sacra Scriptura sepe  
dicitur angularis. Ait enim Regius Propheta Psalm. 117. Lapidem  
quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli. Est  
autem caput anguli, summitas duorum parietum in unum conue-  
nientium, nam ubi duo parietes iunguntur, ibi angulus est. In horum  
angulorum summitate locari solent lapides magni, & graues, per  
quos duo parietes adiunicem copulantur, & continentur pariter,  
quod Christo apte conuenire vere videtur, qui quasi lapis summam  
angularis duos parietes coniunxit, populum Iudaicum, & populum  
Gentium in edificatione nouae Ecclesie, quasi novo edificio pariter  
continens. B. Petrus ait, Actuū. 4. de Christo loquens: Hic est lapis,  
qui reprobatus est a vobis edificantibus, qui factus est in caput an-  
guli. Et Esai. 28. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, la-  
pidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum.  
B. Petrus. 1. c. 2. de Christo, Qui lapis est viuis, ab hominibus quidens  
reprobatus, apud Deum vero electus. Et Paulus Doctor Gentium  
ad Eph. c. 2. Iam non estis hospites, sed ciues Sanctorum, & dome-  
stici Dei super edificati super fundatum Apostolorum, &  
Prophetarum, ipso summo angulari lapide Iesu, in quo omnis edi-  
ficatio constructa crescit in templum sanctum Domino. Hunc la-  
pidem Sion, id est, Sancta Ecclesia catholica suscepit, quia super huc  
petram edificata est, & firmiter fundata, contra quam portae infe-  
rorum non valebunt. Matth. 16. Quod autem nomine Sion in sa-  
cris literis Ecclesia Christi militans accipiatur, habes in Propheta  
Regio, Psal. 47. Magnus Dns, & laudabilis nimis in civitate Dei no-

stris, in monte sancto eius, fundatur in exultatione vniuersitatem terrae,  
 mons Sion, latera Aquilonis, ciuitas Regis magni. Hoc est, mons Siō  
 coniunctus lateribus Aquilonis efficiunt ciuitatem istam, id est, Iu-  
 dea & Gentilitas, in unam Christi conuenientes fidem, Ecclesiam  
 Sanctam componunt ciuitatem Dei viventis. Et rursus Psalm. 86.  
 Diligit Dns portas Siō super omnia tabernacula Iacob, id est, pluris  
 facit Dns hāc nouā Ecclesiā, quā vererē illā synagogā, quā ad tempus  
 tantū inhabitari voluit. Siō interpretatur specula, sive speculatio,  
 hic vero per fidem speculamur, & Deum cognoscimus, ipsaque Sion  
 credens in Christo permanet stabilis. In. 2. v. Omnis illa Deo  
 sacra sumptum est ex Apocal. c. 7. ibi enim B. Ioan. dicit: Post hāc  
 vidi, & ecce turba multa, quam dinumerare nemo poterat, ex omni-  
 bus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, & clamabant  
 voce magna dicentes: Salus ei, qui sedet super thronum Dei nostrī,  
 & Agno. Qui locus intelligitur de Ecclesia cælesti. Potest tamen cō  
 mode intelligi de Ecclesia Christi in terris, quæ cælestis imitatione  
 laudes Deo iugiter celebrat, illique suo modo iubilat. Porro nomen  
 iubilo adiectuum est huius nominis. canore. exultatorio, scili-  
 cet, & iubilatorio. Iubilum est id gaudium, quod verbis exprimi nō  
 potest ob magnam gaudij exuberantiam. Est iubilatus in rusticis,  
 quod in urbanis quiritatus. Iubilatus inquam est clamor rusticorum,  
 sed quiritus urbanorum, à verbo iubilare, id est, rustica voce cla-  
 mare, meo iudicio. relinchar. Ceterum in. 3. huius versus carmine.  
 Plena modulis in laude. aptius quibusdam videtur legendum.  
 Plena modulis, & laude. ut tres illi ablativi se continuo conse-  
 quentes adiungantur adiectio plena. Non enim aptè dicitur La-  
 tie, quod quis laudat Deum in laude, sed laude. In. 3. v. Hoc in  
 templo summe Deus fit ad Deum supplex oratio in illius tēpli  
 dedicatione, annuaque dedicationis celebritate, ut sua maiestatis  
 præsentiam, benignitatisque favorem extendat, suppli-  
 cumque in eo vota, precesque libenter  
 suscipiat.

In

In officio B. Mariæ in Sabbato ad  
horas Vespertinas.

92.

- 1 *Aue regna caloy* Aue maris stella,  
*Ve domina Regaloy* Deimater alma,  
*alle ludivice salve porta* Atque semper virgo  
*de quamundis lucet vestra* Felix cœli porta.  
*Nde o Virgo gloriata*  
*Veremus te precia tua*  
*ille, Valde de cora*  
*2 grandis christi exora*  
*ignote mi laudat et*  
*Procula Mutans Euæ nomen.*
- 2 Sumens illud ave aquilla salutare *ave. est angelorum*  
*Gabrielis ore,* *Sancti Gabrielis*  
*Funda nos in pace,*
- 3 Solue vincla reis,  
Profer lumen cæcis  
Mala nostra pelle  
Bona cuncta posce.
- 4 Monstra te esse matrem,  
Sumat per te preces.  
Qui pro nobis natus  
Tulit esse tuus.
- 5 Virgo singularis  
Inter omnes mitis,  
Nos culpis solutos  
Mites fac, & castos.
- 6 Vitam præsta puram,  
Iter para tutum,  
Ut videntes Iesum

Semper

Semper collætemur.

**7** Sit laus Deo Patri,  
Summo Christo decus,  
Spiritui sancto  
Tribus honor vñus.

**C**armen est Brachycatalecticum, hoc est duabus syllabis deficiens, sed parum sibi constat. Vnumquodq; carmen sex habet syllabas tantum. Laudatur in eo Sacro sancta Virgo Maria, quod ab Angelo celitus missio salutaria, Dei mater est effecta. Oratque eam, ut erga nos materna ostendens viscera, filium suum nobis placatum, atque benignum reddat. In. 1. v. Virgo Sancta Maris stella. appellatur, nā Syro, & Hebreo Maria interpretatur stella maris, autor est B. Bernardus in 2. homilia Euangely, Missus est Angelus Gabriel à Deo, qui videndus est, Multa enim præclare dicit, quæ ad hunc locum attinent, amasius ille virginis. In. 2. v. Sumens illud aue Gabrieli ore. ex Luca. c. 1. Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Aue gratia plena, Dominus tecū, benedicta tu inter mulieres. Illud quod de mutatione, aue. in Eua si prepostero legas ordine, arbitrium est, & scilicet ac proinde reiendi m. v. alicuius commentum. Præterea aue. nonquam significat sine re, cum sit Latina dictio simplex, minime composita: Maria mutauit nomen Euae, nam maledictio Euae mutatur in benedictionem per Mariam, illa dolorem, & mortem nobis attulit, hec vero gaudiū, & vitam semipaternam. Eua exiliū causa fuit a regno cælesti, Maria vero renocationis, & introitus ī antiquam patriam, & paradisum, & sic de ceteris conditionibus Euae & Mariæ iudicandum est. In. 4. v. tulit. id est voluit, dignatus est. In. 7. v. emētior lectio videtur. trinus. quam. tribus. nam alioquin Spiritui sancto nihil particulatim attribueretur, sicuti attribuitur Patris & Filio. Erit igitur ordo, & sensus: Sit laus Deo Patri, summo Christo decus, Spiritui sancto honor, qui dicitur trinus, & unus, quia, idem exhibetur & Patri, & Filiō.

*Alleluia. Canticum Joannis. In me confide nabi' semper corde mea modica  
et certe. Et canticum. Alleluia. Canticum. Alleluia.*

Filio. Quia enim pars vni, id est, spiritui sancto impenditur, unus  
est, quia vero tribus personis diuinis, idem trinus dicitur, est enim  
Dens trinus, & unus.

## Ad Completorium.

93.

- Memento salutis autor,  
Quod nostri quondam corporis  
Ex illibata Virgine  
Nascendo formam sumpseris.  
2 Maria mater gratiae,  
Mater misericordiae,  
Tu nos ab hoste protege,  
Et hora mortis suscipe.  
3 Gloria tibi Domine,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre, & sancto Spiritu  
In sempiterna secula. Amen.

*Alleluia. Canticum Joannis. In me confide nabi' semper corde mea modica  
et certe. Et canticum. Alleluia. Canticum. Alleluia.*

**P**rimus versus huius hymni est tertius illius, cuius initium est.  
Christe Redemptor omnium, qui canitur in Nativitate Domini  
ad vesper. horas. Duo posteriores sunt ex hymno illo Fortunati Epis-  
copi Piclauien. Quem terra pontus, n. 94. cuius etiam est pars illa  
cuius initium est: O gloria Domina.

## Ad Matutinum.

94.

- Alleluia. Canticum Joannis. In me confide nabi' semper corde mea modica  
et certe. Et canticum. Alleluia. Canticum. Alleluia.*
- Quem terra, pontus, aethera  
Colunt, adorant, praedicant,  
Trinam regentem machinam  
Claustrum Mariæ baiulat,

Cui

2 Cui Luna, Sol, & omnia

Deseruiunt per tempora,  
Perfusa cæli gratia,  
Gestant puellæ viscera.

3 Beata mater munere,

Cuius supernus artifex,  
Mundum pugillo continens,  
Ventrissub arca clausus est.

4 Beata cæli nuncio,

Fœcunda sancto Spiritu  
Desyderatus gentibus  
Cuius per alium fusus est.

5 Gloria tibi, &c.

**C**armen est dimetrum iambicum orthometrum. Commenda-  
tur in eo Beata Deipara virgo, quod Deum generit: cui to-  
tus famulatur orbis, idque Angelo nunciante, & Spiritui sancto  
in eam superueniente. Autor eius Fortunatus Episcopus Pictauen-  
sis, in hymnis modulandis elegans autor. In. 1. v. æthera. nomi-  
natiuus est ab accusatio Greco ab æther. aetheros. aetheri. aetheræ.  
quemadmodum, tyndarida. &c. à tyndaris. tyndaridos, tyndarida.  
trinam machinam. id est cælum, terram, & mare. Machina est  
inuentum, ubi non tam materiæ ratio, quam manus atque ingenij  
habetur. In. 3. v. sensus est, quod mater Dei est beata munere diu-  
nino, & dono illo excellenti, quod Dei genitrix est effecta. Erit ordo:  
Beata miter munere, sub arca Ventriss cuius supernus artifex  
mundum pugillo continens clausus est. pugillo. dispositione, nullo  
labore, sine molestia, videtur allusum ad illud Esaiæ. 40. Qui  
mensus est pugillo aquas, & celos palmo ponderavit, qui appen-  
dit tribus digitis molem terre. In. 4. v. Beata cæli nuncio.  
id est, re nunciata sine annunciatione, non pro annunciante,

mensa

+ lugno L. galon

B  
enigna  
spuria  
primaria  
nominalanda  
detra  
omnigentia

mensage nuncius, qui nunciat, & quod nunciatur nuncium, pro re  
nunciata. Desyderatus gentibus fuit Dominus noster, Aggei, 2.  
Et veniet desyderatus cunctis gentibus.

## Ad Laudes.

95.

- 1 O gloriosa Domina,  
Excelsa supra sydera,  
Qui te creauit prouide  
Laci alti sacro vbere.
- 2 Quod Eua tristis abstulit,  
Tureddis almo germine,  
Intrent ut astra flebiles,  
Cæli fenestra facta es.
- 3 Tu Regis alti ianua,  
Et porta lucis fulgida,  
Vitam datam per virginem  
Gentes redemptæ plaudite.
- 4 Gloria tibi, &c.

**H**ic hymnus pars est superioris, quanquam alicubi claudicat.  
Laudatur in eo Beata Maria, quod suum autorem virgineo  
laete nutriuerit, quod generis humani sit reparatrix, celiisque rese-  
rvarix quod supra omnes celos exaltata gloria resedit in throno  
celesti. Flebile est id quod est dignum / etu ob miseriam & cala-  
mitatem suam. plaudere est pro re bene gesta alicui gratulari:  
Omnes gentes plaudite manibus. Psalm. 46.

B V R G I S.

Apud Philippum Funtam.

Anno. 1578.